

ΚΛΑΙΛΙΑΝΟΥ  
ΣΟΦΙΣΤΟΥ  
ΠΟΙΚΙΛΗ ΙΣΤΟΡΙΑ,  
CLAEELIANI  
SOPHISTAE  
VARIA HISTORIA,  
CUM NOTIS INTEGRIS  
CONRADI GESNERI, JOHANNIS SCHEFFERI,  
TANAQUILLI FABRI, JOACHIMI KUHNII,  
JACOBI PERIZONII,  
& Interpretatione Latina  
JUSTI VULTEJI,  
innumeris in locis emendata.  
CURANTE  
ABRAHAMO GRONOVOIO,  
Qui & suas adnotaciones adjecit.  
PARS ALTERA.



Lugd. Bat. }  
Amstelodami }  
Roterodami }  
Ultrajecti }  
Hagae } apud }  
S. LUCHTMANS & J. A. LANGERAK.  
R. & J. WETSTEIN & G. SMITH; J. BOOM  
& H. WAASBERGE.  
JOH. DAN. BE MAN.  
JAC. a POOLSUM.  
HENR. SCHEURLEER.

1731.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

KΛ. ΑΙΛΙΑΝΟΥ  
ΣΟΦΙΣΤΟΥ  
ΠΟΙΚΙΛΗ ΙΣΤΟΡΙΑ,  
CL. AELIANI  
SOPHISTAE  
VARIA HISTORIA,

CUM NOTIS INTEGRIS  
CONRADI GESNERI, JOHANNIS SCHEFFERI,  
TANAQUILLI FABRI, JOACHIMI KUHNII,  
JACOBI PERIZONII,

& Interpretatione Latina  
JUSTI VULTEJI,

innumeris in locis emendata.

CURANTE  
ABRAHAMO GRONOVOIO,

Qui & suas adnotaciones adjecit.

PARS ALTERA.



Lugd. Bat.	S. LUCHTMANS & J. A. LANGERAK.
Amstelodami	R. & J. WETSTEIN & G. SMITH; J. BOOM & H. WAASBERGE.
Roterodami	apud J. H. DAN. BE MAN.
Ultrajecti	JAC. a POOLSUM.
Hagæ	HENR. SCHEURLEER.

1731.

# A I A I A N O Y

# ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

## ΒΙΒΛΙΟΝ δέκατον.

Æ L I A N I  
V A R I Æ H I S T O R I Æ

LIBER X.

K E Φ. α.

C A P. I.

Περι Φερείκης Ολύμπια Θεοσ-  
μένης.

*De Pherenice, quæ Olympia  
spectavit.*

1 ερενίκη 2 τὸν οἰον 3 ἥγειν  
εἰς Ολύμπια ἀθλεῖν.  
4 Κωλυόντων ὃ αὐτὴν  
τὰν 5 Ελλανοδικῶν τὸν  
ἀγῶνα Θεάσαδα, παρελθοῦσα ἐδί-

**P**herenice filium ad Olympia, ut in iis certaret, deduxit. Quum vero Hellanodicæ prohiberent eam spectare certamen, pro-

I Φερενικη] Quam & alio nomine Καλλισά-  
τηριον appellavere. Pausanias in Eliacis.  
Porro hujus rei præter dictum scriptorem  
meminit Val. Maxim. viii. cap. 15. Φε-  
scheinis Epist. iv. SCHEFF. Scholia Pindari  
in proemio Olymp. vii. Αεριστάτερον vocant  
non semel, ascribam locum, quia non dis-  
crepat à Nostro. χερῷ δὲ τέσσερι φάσι νῦν τὰ  
τε θυματέροις Αεριστάτερον εἰδεῖν εἰς τὰ Ολυμ-  
πίων, καὶ αὐτῶν τῷ δρόῳ τὸ Ελασσοδικῶν ἵπποτέρα φασθεῖται  
θέαν αὐτῇ, τὰς δὲ καλύτερι, πάσκοντες. Οὐ δέρον δὲ  
γυναικαὶ μὴ θεωρεῖν τὴν γυμνιστὴν ἀγάνα. την δὲ Φθιν

αὐτὸς ἀντέσ, τοῦ ἵην εἴναι τοῖς ἀλλαῖς γυναικῖν, ἀλλὰ φίρειν πλέον τι, τοῖς ωφεληπικῶν ἀρετῶν ἐπει-  
γονορόβριον, καὶ δεῖξαι τάστας οὐ πατέρος καὶ τῆς ἀδελφᾶς  
τὴλας. καὶ οὕτω πανθέτων τοῖς Ελλανοδίκοις ἐπιχειρη-  
σαν καὶ συνθέτουν νόμος Διογλύσου καὶ τῆς Αριστοπατέρεως  
τὴλ Σίαν εἰσιτρίψυ. Postea etiam ejus (Diagoræ)  
filiam Aristopateiram Olympiam venisse  
εἰς ab Hellanodicis petuisse ajunt, ut sibi spec-  
tandi licentiam concederent, illos autem re-  
nuisse, secundum legem pronunciantes, mulier-  
ne spectet ludos gymnicos! illam respondisse, se  
non esse parem ceteris mulieribus, sed aliquid  
M m m m p̄r̄-

καιολογήσατο, πατέρα μὲν Ολυμπιονίκην ἔχειν, καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς, καὶ αὐτὴν παῖδα Ολυμπίου ἀγωνίην, καὶ εξενίκησε τὸν δῖνον, καὶ τὸν εἰργοντα γόνον τῆς θέρας τας.

principiū habere, majorum virtuti innixam, & monstrositatem patris fratrūque statuas: atque ita viiis Hellanodicas conatos esse etiam legis hujus usum abolere & Arisypateirē spectandi locum dare. Pausanias eadem historia praemissa subjicit: ἐπίνοια δὲ νέας εἰς τὸν ἑταῖρον τὸν γυναῖκας, γυνεῖς ὅπερες ἐς τὸν ἑρῷον ἴρισκες, τulerunt legem de Athletis, ut in posterum nudi in certamen prodirent, ne scilicet sequior sexus habitu virum imitari & spectaculo obrepere posset. Statius lib. I. Thebaidos:

— exclusaque exspectant præmia matres.

ubi Laetantius. Sacrorum lege prohibitum est, Olympicum certamen spectare mulieres. Cereris tamen Sacerdotibus Olympiae spectare concessum erat Neronis tempore, qui propria & Virgines Vestales Romae ad Atletarum spectaculum invitavit. Sueton. in Vita Neron. cap. 12. Augustus enim antea hoc spectaculo mulierib[us] iuxta omnem submoverat, quod nudi Athletæ in certamen descendenter. Ad hanc legem Olympicam digitum intendit Noster Hist. Anim. lib. XI. cap. 8. ubi ait, Muscas Olympia festo tempore sponte sua discedere, & ut ita dicam, una cum mulieribus in ulteriorem Alphei ripam trahicere. Philostrat. lib. VI. de Vita Apollon. cap. 5. KUHN.

Φυλίξ] Alii appellant hanc Καλλιτέτειρα, non quod duplex haberet illa Nomen, sed quod Scriptores quidam confuderint duas sorores, quarum altera fuit Καλλιτέτειρα, altera Φερενίκη, quæ, ut eundem Patrem & eosdem Fratres, sic pariter habuere. Filium οὐαντού Ολυμπίου & Ολυμπίων, illa Euclea, hæc Pheidora. Vide Pausan. Eliac. I. 7. Vixit autem post Athenas à Lyandro captas, ut liquet ex eo, quod frater ejus Doricus Cononis Attici fuit æqualis, quod dis-

progressa in medium rationem hanc in judicio allegavit, patrem se habere victorem Olympiorum, atque tres fratres, sed & ipsa filium habere Olympiorum athletam, & ita po- pu-

cimus ex cetero Pausaniæ loco. Pater ejus fuit Diagoras Rhodius, cuius in honorem Pindarus compositus Oden Septimam Olympiorum, ubi Vide Scholia. Reliqua hujus Capitis copiose & erudite illustrata dederunt Schefferus & Kuhnus: qui recte etiam observavit Nostrum à Pausania diversum discenderet in eo, quod Noster Matrem dicat impetravisse copiam spectandi Olympia, ab initio, seu antequam Filius vicenset, quum adhuc esset οlympianus ἀγωνίστης, nequid Olympiorum. Pausanias vero Matrem tradat clam virili habitu spectasse Olympia, sed deprehensam post victoriam Filii causam dixisse apud Judices. PERIZ.

2 Τὸν νέον] Πειστόδορο nomine, ut refert Pausanias, Enclea Valerius appellat. SCHEFF. Maium in Pausania ηειδαρος cum Amasæo interprete. Ita enim vocatur emendatè in Eliacis posterioribus p. m. 184. KUHN.

3 Ηλέος οἱ Ολυμπία] Gymnastæ habitu. Per cum enim solebant athletæ in arenam adduci, ipsoque inspectante exerceri. SCHEFF.

4 Καλλοντας ἢ αὐτῶν] Quomodo? si virili habitu in arenam descendit? quod Pausanias testatur, nec à veritate alienum est. Quis enim credit, contra legem tam severam aper- te acturam fuisse; Scribit autem nemini fuisse suspectam, donec viso filio viatore vestem abjecerit, mulieremque se ostenderet. Tunc ad judices adductam tali oratione pœna se se eximisse. SCHEFF. Non est Noster cum Pausanias committendus. ille enim aliter rem recenset ex alio utique auctore, qui sub viri habitu Pherenim ludos clam spectasse voluit. Noster vero cum Scholiis Pindari sine furto omnia gesta scribit. KUHN.

5 Ελλαδικας] Decem forte legati ludis Olympiae præsidebant Hellanodicas, certaminis judices. Philostrat. lib. III. de Vit. Apollon. cap. 7. οὐ τοι Ηλέος πάτερος Αγυρνίας, ἀλλ' οὐ τοι Βλακεδόνας, οὐ φερενίκης] τοι Ολυμπίου δίης οντος, οὐτοι Ιανουάριοι, οὐτοι τοι μερόποιοι μερίστοι.

κλή-

τὰς γυναικας, καὶ ιδεάσατο Ολύμ- pulum & legem evicit, quæ feminas πια. à spectaculo arcebat, & spectavit Olympia.

Apophth. Lacon. narrat, Agidem Regem Laconum, cum quidam laudarent Eleos, οἱ διηγόντει σια τοι τὸν Ολυμπίων, quod justissimi sint in Agone Olympiaco, respondisse, quid magnū aut mirū faciunt, si in quinque (immo quatuor) annis uno die justitia tantur? Hellanodicas illi judicabant separati & divisi in Ternos Homines, Alii de alio certamine, quod diserte in eodem Pausaniæ loco traditur. Ab eorum autem judicio-provocabatur ad βελλην Ολυμπίαν, inque eo Senatu accusari & damnari poterant ipsi Hellanodicas, si parum recte judicassent, cujus rei exemplum habet Pausan. Eliac. II. 3. Sed & Alii aliis de causis in eo judicabantur. Ita certe Xenophon, quod à Lacedæmoniis accepisset Scilluntem, judicatus dicitur in illo Senatu, καθηγει τοι Ολυμπίαν βελλην, & véniam accepisse ab Eleis, τυρρηνον τοχην πα- ερ Ηλέον. Vide Pausan. El. I. 6. Cæterum si quæ res esset majoris momenti, ad ipsum ea cerebatur Populum Eleorum. Sic quum Callippus Atheniensis mulieratus esset, eamque mulieram Athenienses, misso Hyperide Oratore, remitti vellent, causa acta fuit apud Populum. Pausanias El. I. 21. Athenienses ait misisse Hyperiden, πάνοντα Ηλέονς ἀφενει σφιοι τὸν Σημιαν, persuasorum Eleis, ut sibi, suam in gratiam, remitterent illam mulieram. Atque ideo illa Oratio Hyperidis, citata ab Harpocrat. voce Ελλαδικα, titulum habet, οὐτε Καλλιτέτειρας οὐτε Ηλέον, pro Callippo ad Eleos. Neque aliter res gestas in hoc Pherenices casu. Nam quia res ipsa erat contra leges, adeo, ut, si mulier deprehensa esset spectare Olympia, ea de rupe Montis cuiusdam præcipitaretur, idcirco de ea re agi debebat cum ipso Populo, qui solus poterat legibus solvere. Apud Pausan. I. 6. additur, quod iidem, qui mulierem hanc absolverunt, fecerint hac occasione legem in futurum de Gymnastis, ut & illi nudi ingredierentur locum certaminis, quia Mater hæc Gymnastæ habitu latuerat. PERIZ.

8 Νέον] Eleorum intelligit, ex qua defaxo dejicebantur, si quæ ad Olympicum spectaculum venissent. Pausanias Messenicas. Mm m m 2 KARIS

Κατὰ τὸν οὐρανὸν ὁδὸν, τεῖχον ἡ Αἰγαῖα πέπλησε τὸν οὐρανόν τοῦ οὐρανικοῦ.  
Αἴθουντις εἰς τὸν οὐρανὸν ἐρχόμενος πέτρες  
ὑπῆκατος αἰδητάριος, ἔρωτας. Τοῦτον τὸν οὐρανόν τοῦ τόπου τοῖς γυναικεῖς Ηλείοις εἰσὶν αἴθειν τόμοις, ταῖς

φωσφόροις τὸν οὐρανόν εἰλέθει τὸν οὐρανόν.  
SCHEFF. Vid. & Leonicum Thomaeum lib. II. Var. Histor. cap. 55. KUHN.

## KEΦ. β'.

Περὶ Ευβάτων σωφροσύνης.

**E**υβάτων τὸν Κυρηναῖον ιδόντα  
τοὺς Λαῖς πράδη αὐτοῦ θεμότα-  
τα, καὶ τοῖς γάμου λόγους προ-

## C A P. II.

De continentia Eubatæ.

**L**ais quem Eubatam Cyrenensem  
vidisset, ardentissimo ejus amo-  
re capta fuit, & de nuptiis verba fe-  
cit.

**I** [Ευβάτων τὸν Κυρηναῖον] Est apud Anony-  
mum in οὐρανῷ. G. r. quidam Εὐβάτης Κυ-  
ρηναῖος stadio vitor, qui nisi fallor, apud  
Pausaniam in Eliacis Εὐβάτες scribitur. Utrum  
is hic nosfer sit, eruditini inquirant. Nam  
Clemens lib. III. Strom. non Eubatam, sed  
Αειστόλην Κυρηναῖον nominat, qui hæc fecit.  
Pro codem habet Jonsius lib. I. cap. 12.  
Histor. Philosoph. qui simul & Xenophon-  
tem lib. I. Histor. Græc. & Diodorum lib.  
XII. illius mentionem ait facere. SCHEFF.  
Vide Meursium de Archontibus lib. III. cap.  
II. SCHEFF.

**E**υβάτων] Diversis modis hoc Nomen scri-  
bitur. A Pausania Eliac. II. 8. vocatur  
Εὐβάτης, à Xenophonte Rer. Græcar. lib. I.  
Εὐβάτης, à Diodoro lib. XIII. Olymp. 93.  
Εὐβάτης. Dicitur autem ab his, viciisse O-  
lympiade 93. at à Pausania, Olymp. 104.  
qua alii Phociden Atheniensem viciisse tra-  
dunt. Ad utramque Olymp. nominat Vic-  
torem, *Eubatum vel Eubotam, Cyrenæum*,  
Auctor Olympiadum. Non putem tamen,  
quod creditit Jonsius, eundem fuisse Homi-  
nem, qui cursu vicerit utraque Olympiade,  
quum intercesserit spatium 44. annorum.  
Posterior autem Olympias magis congruit in  
ætatem Laidis, qua floruit tempore Aristip-  
pi, Diogenis Cynici, Demosthenis, & A-  
pellis pectoris. Cæterum Clemens Alexandr.  
Strom. lib. III. p. 447. eandem referens Hi-  
storiæ, Cyrenæum hunc appellat Aristote-  
lem, quod jam observavit Jonsius de Script.  
Philos. Historia I. 12. quem vide. PERIZ.

**2 Λαῖς**] Meretrix hæc celebratissimæ fuit  
fame apud Corinthios, ad quam ex omni  
Græcia ditiores amatores concurrebant, un-  
de, & quia immane pretium poscebat pro  
concubitu, ortum ajunt Græcum illud ada-  
gium, & παντὸς ἀνδρὸς τὸ Κίεσιδος ἡδὸνή  
non cuivis contingit adire Corinthum, vel  
potius, non cuivis viro datur sperare copiam  
Laidis, & ea gratia contendere Corinthum.  
Vide Gellium Noct. Att. I. 8. Venusta adeo  
fuit & pulchra, ut eam adirent Pictores,  
quando pulchritudinem perfectam pingere vo-  
lebant, & maxime ejus ubera & pectus ex-  
primerent, teste Athenæo lib. XIV. pag.  
588. Varia etiam & magnifica Græci Epi-  
grammata in ejus formam composuerunt, ut  
videre est in Anthologia lib. III. Loquuntur  
autem Auctores, tanquam de una Laide,  
nisi quod Athenæus lib. XIV. pag. 574. me-  
morat τὴν Λαΐδα τὴν νεωτέραν, cuius Mater fue-  
rit Amica Alcibiadis jam exulis. Hæc *Lais*  
junior fuit celebris illa Corinthia, quam etiam  
Plutarchus in *Alcib.* extr. dicit filiam fuisse  
istius Amicæ Alcibiadis. Sed tamen omnes  
hanc dicunt fuisse Corinthiam quidam appella-  
tione & habitatione, sed ortam Hyccaris  
oppido Siciliae, unde septennis delata fit Co-  
rinthum, capta à Nicia Atheniensis Militi-  
bus bello Siculo, Olympiade 91. Sic Pau-  
san. Corinth. cap. 2. Athenæus d. I. Schol.  
Aristoph. ad Plutum pag. 19. At minime  
convenit, ut quæ amata & desiderata dicitur  
à Demosthene, eumque per immane illud  
pretium repulisse, nata fuerit Olympiade 89.  
Sic

## LIB. X. CAP. II.

645

μέγυκεν. Οὐ δὲ Φοῖβοῖς τὴν ἐξ αὐτῆς  
ἐπιτίθουλην, υπερέχετο ταῦτα δεῖσον.

**3 Οὐ μὴν** ὄμιλον αὐτῇ ὁ Εὐβά-  
τας, σωφρόνως οὐδειώτας. 4 Η δὲ  
ὑπόχεσις αὐτοῦ μὲν τὴν ἀγωνίαν ἦν.  
Νικητὸς δὲν, ἵνα μὴ δέῃ οὐδεῖ-  
ρεις τὰς ὄμολογίας τὰς πρὸς τὴν ἀγ-  
ωνίαν, εἰκότα γεράψαμεν & Λαί-  
δης, εἰς τὸν Κυρίνην ἐκόμισε, λέ-  
γων, ἄγεν Λαίδη, καὶ μὴ οὐδεῖ-  
ρεις τὰς συνθήκας. 5 Άθ' ὡς η γυνὴ,  
ἡ νόμῳ γημαίεντη αὐτῷ, 6 παριέ-  
γιτον ἀνδείαντα ἐν Κυρίνη ἀνέσησεν,  
αὐ.

cit. At ille metuens ejus insidias, re-  
cepit se id facturum. Neque tamen  
rem cum illa habuit Eubatas, con-  
stanti temperantia vitam agens: pro-  
missio vero illius spectabat tempus  
post certamen. Quum igitur vi-  
cisset, ne conventorum cum fe-  
mina fidem fecelliſſe videretur, de-  
pictam Laidis imaginem deporta-  
vit secum Cyrenam, dicens, se Lai-  
dem ducere, & pacta non fregisse.  
Quam ob causam mulier, quæ ipſi  
lege nupserat, maximam ei statuam

Cy-

tiquiorem *Laidem*, cujus memincrit Aristophanes inter Corinthias meretrices, & hanc Juniorem, sed quæ serius fuerit nata, & se-  
rius Corinthum venerit ex Sicilia, quam tra-  
ditur à Pausania, & in Scholiis Aristoph.  
Nempe, verisimilius est, quod eadem Scho-  
lia pag. seq. seu 20. tradunt matrem ejus à  
Philoxeno Dithyrambico, cui eam dederit  
Dionysius, abductam demum esse Corinthum,  
& istic celebrem evasisse, cujus tamen famam  
dein superaverit hæc ejus Filia *Lais*. Sed  
quod addunt, matrem etiam ab Alexandro  
Corinthi amatam, & cum eo inde in Persas  
profectam, id iterum ratio ætatis haudqua-  
quam fert, & credo id ex eo ortum, quod  
Alii trididerunt, eam cum Alcibiade in Asiam  
abūsse. Vocat autem eam Athenæus *Dama-  
sandram*, Plutarchus *Alcib. extr. Timandram*,  
at Sciol. Aristoph. *Epimandram*. Ceterum  
amavit *Lais*, avara licet & fastidiosa, etiam  
alios, non modo illa prior Eubatan hunc,  
sed & posterior hæc Thessalum illum, quem  
in Thessaliā fuit secuta. PERIZ.

**3 Οὐ μὴν** ὄμιλον &c.] Scilicet rem cum  
ea ne haberet ante certamen, pactus est di-  
ferte prorsus, ut sequitur. Ratio est, quod  
in hisce ludis,

Qui cupit optatam cursu contingere me-  
tam,  
Abstinuit Venere & vino.

De continentia eorum, qui se præparabant  
hisce certaminibus, vide me *supra* ad III.

Mm mm 3

30.

αὐτὸν ἀμειζομένη τῆς σωφροσύνης.

30. & infra xi. 3. atque ibi Schefferum & Kuhnium. PERIZ.

4 Η δὲ τούτης αὐτῆς] Pædotribæ, quod videnter venerem imbecilla & pigra reddere corpora, Athletis & similibus continentia legem præscribent, secundum quam viventes aliqui perpetuo ab ea abstinuerunt, ut patet exemplo lib. sequentis cap. 3. & Crysostomis, Astylli, & Diopompi apud Platonem lib. viii. de LL. Cassianus de Spiritu fornici. cap. 7. In tantum se mundos a coitus pollutione custodiunt athletæ, ut cum se præparant ad agonum certamina, ne qua forsan per somnum nocturna delusi fallacia vires minuantur, multo tempore conquitatis laminis plumbeis rerum conegunt loca, quo scilicet metalli rigore genitalibus membris applicito obscenos humores valeant inhibere. Et innuit Plutarchus lib. de Adulat. & amic. discr. quando ait: Adulatorem, qui in minimis eum reprehendit, cui adulatur, maxima autem præterit, facere

Cyrenæ ponendam curavit, hunc bonorem rependens illi propter istam temperantiam.

quod ἀλεῖστος ἀθλητῶν τὸν μεθύειν καὶ ἀκολαστόν. Secutus igitur hanc legem Eubates differre se concubitum simulavit, donec vicit coronam Olympiacam obtinuisset. Adde, quæ leguntur apud Clementem loco ante indicato, & Fabr. lib. iii. Agon. cap. 4. vide quoque dictum Diogenis apud Stobæum sermon. v. cuius sensum Interpres non est assecutus. SCHEFF.

5 Αὐτὸν γαρ δὲ &c.] Reposui ex MSS. & Edd. priscis ἡ γυνὴ, ἡ νόμος γηραιόφη. Prius i. exciderat ex omnibus Schefferi & postremis Edd. Dicitur autem eleganter ἡ νόμος γηραιόφη. h. e. ex legibus nupta illi, quia verbum γαμεῖσθαι etiam de quovis concubitu adhibetur. Sic apud Antonin. Lib. fab. 20. Coronis Phlegyæ F. dicitur γαμεῖσθαι Λαζαροῦ, concubuisse cum Alcyoneo. Vide Munkerum ad Fab. i. Minime ergo otiosum hic est illud νόμος. PERIZ.

6 Παραγγελία] Uterque Codex μέγιστον.

K E Φ. γ.

Περὶ ζώων τῶν ιδιότητῶν.

### C A P. III.

De quorundam animalium propria natura.

Perdicum pulli, simulac primum pedes exseruerunt extra corticem ovi, jam ex eo currere valent quam

Tὰ τῶν περδίκων νεότητα, ἡ ἐπιδάρδα τάχιστα τοὺς πόδας ἔχων τὸν λέμματον, ἐντεῦθεν ἡδη δρόμοις.

I Tὰ τὸν περδίκων] Idem noster lib. iv. Hist. Anim. cap. 12. & cap. 42. SCHEFF. His gemina germana sunt quæ legimus apud Max. Tyrium differt. 28. τὸν ζέαν αὐθιδακτον τοὺς τὰ ἵσταντα τέρατα, καὶ ἄδεις ἔστεντα ἔχει διδασκάλες, καὶ λέόντας τοὺς ἀλκεῖς, σὺν ἐλέφαντος τοὺς φυγαῖς; τὰ ἕπτα τοὺς ἀρμούς ἀλλὰ καὶ ὅρνιθας γενεῖται διδασκάτοι, τὰ ἄκρα φυτῶν ἐμπανάστα τοιχίδιας αὐτοργούς πάχην, καὶ ἀεργήνας αὐτοφυεῖ μίτρα ἀνεγέρει.

καὶ ἄλλη, καὶ ἴρπετα φαλεῖς τῷ ἱχθύεις χλεύεις, καὶ ἄλλα ζώαν πίκρας τοῖς σωμαῖσιν ἕκαστη σύμφυτοι γένεται. Non habent animalia doctorem, à quo ad sua munia rite obeunda fermentur, nec est, qui preceptores indicare possit, qui leonibus ad robur, cervis ad fugam, aut equis ad cursum viam præmonstraverint: quin imo εἰτιæ doctrinæ haud egenæs in summis arboribus arte spontanea nidos construunt, & araneæ

### L I B. X. C A P. III.

μικρότατά εἰσι. 3 Τὰ δὲ τὸν μητέλων νεότητα, ὅταν ἴδη φῶς, παραχρῆμα & ἔξι ὥραι τὴν νήχεται. Καὶ οἱ τὰ λεόντων ἃ σκύμνοι & καταγράφοσι τοῖς ὄντες τὰς μήτρας τὰ μητέρων, πρὸς φῶς ἐπειγόμενοι.

ΚΕΦ.

τὰς nativo filamento retia in aere suspendunt, & iusta serpentes & latibula pisces natura dulce conficerunt, & si quæ cetera animalibus dotes artesque ad sui conservationem à natura insita sunt. φῶς τὸ ζάραν ἀδιάκριτον, rotunde inquit magnus Hippocrates. Plin. in procœm. lib. vii. conqueritur, cetera (animalia) sentire naturam suam, alia perniciatem usurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare. Hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non vesci &c. imo & homo adidicunt & est si naturales, quas vocant, potestis respiças. & δέ τοι πολλάκις ίδεις τὸ πολλάκις, τὰς αἰδίστας ἀνθερόδημον· ἀλλὰ ἀράτελαι, ἔργοις ἐγνοεῖσθαι, & καποδέροις ἐσχόρφου. non enim ex eo, quod sepe aliquid vidimus aut audivimus, sentiendi facultatem accepimus, horrimus, expressimus, sed vice versa, cum ante haberemus, εἴ τι sumus, non vero, postquam usi sumus, habuimus. Aristot. lib. ii. Ethic. cap. i. & lib. ii. de Anim. Quibus addit jambos, quos Philes habet in Histor. Anim. cap. 33. SCHEFF.

4 Εἰς ἀδίναν νήχεται] Hist. Anim. v. 33. de Anatæ, οἱ ἀδίναι εἰσὶ νηλεῦν, h. e. naturæ potest, perita est natandi, à partu. PERIZ.

5 Τὰ δὲ λεόντων] Ut quidem ait Herodotus in Thalia, & ex eo Gellius lib. xiii. cap. 7. itemque Plinius lib. viii. cap. 16. Nam alias ipse noster habet pro fabula lib. iv. Histor. Anim. cap. 34. Aristotelem fecutus, ut opinor, quem & Plinius laudat. SCHEFF. Bochart. vide sis in Hieroz. P. i. p. 472. KUHN.

6 Καπαγράφοσι] Interpres stimulant. Nallo sensu, ut ait Kuhnus in Indice, vertens dilacerant. Sed hoc nimium. Sensus Verdib est, scalpunt, vellicant, fodiunt. Catullus eodem sensu dixit conscribillare flagellis. Rem ipsam expludit Auctor Hist. Anim. iv. 34. de quo vide hic Schefferum; sed qui male Gellium quoque Auctorem laudat. PERIZ. Recte omnino Cl. Schefferus alleagavit Gellium, apud quem lib. xiii. cap. 7. hæc verba ex Herodoti libro iii. excerpta leguntur in Editione Vascosani, & Brixiana aliisque ιωνεῖς ἀπὸ σκύμνος τὸ τῆς μήτρης λανθάνειν; οἱ δὲ ζώα διηγεῖσθαι, οἱ δὲ ζώα διηγεῖσθαι, οἱ δὲ ζώα διηγεῖσθαι.

quod Interpres reddit

Anatem quis, δὲ Rex, non stupescat intuens Nantem prius, quam nare didicit in schola, Docta à magistro? KUHN.

quam maxime. Anatum vero pulli, quum aspicerunt lucem, statim post partum natant. Leonum quoque catuli matrum uteiros scalpunt unguibus, ad lucem festinantes.

CAP.

2 Επειδὴν πέρισσα &c.] Res profecto mira, quam perperam hæc acceperint Viri Doctissimi in Indice. Schefferus ex hoc loco istuc nobis exhibet Tάχιστα τὰς πόδας. Kuhnus id non agnoscit, sed relegat nos ad Verbum πόδια, ubi absque επειδὴν, phrasin hanc ita effert, τὰς πόδας οὐχισταί τὰ λεμφαῖς ποιεῖν. At vero επειδὴν πέρισσα separari nequeunt, & per se subsistunt, notantque simulac primum. Sic Lucianus de Morte Peregr. non longe ab initio, ιωνεῖς οὐχισταί ἀφικόμενοι &c. επεικεῖν, simulac primum veni, audiēbam. Sed res est notissima. Vide Vigerum de Idiotismis, cap. vii. Sect. 6. PERIZ.

3 Τὰ δὲ τὸν μητέλων] Noster lib. v. Histor. Anim. cap. 33. SCHEFF.

4 Εἰς ἀδίναν νήχεται] Hist. Anim. v. 33. de Anatæ, οἱ ἀδίναι εἰσὶ νηλεῦν, h. e. naturæ potest, perita est natandi, à partu. PERIZ.

5 Τὰ δὲ λεόντων] Ut quidem ait Herodotus in Thalia, & ex eo Gellius lib. xiii. cap. 7. itemque Plinius lib. viii. cap. 16. Nam alias ipse noster habet pro fabula lib. iv. Histor. Anim. cap. 34. Aristotelem fecutus, ut opinor, quem & Plinius laudat. SCHEFF. Bochart. vide sis in Hieroz. P. i. p. 472. KUHN.

ΚΕΦ. Δ.

Περὶ τὸ Ἀλεξανδρου ταχυγύας.

## C A P. IV.

De Alexandri in rebus conficiendis celeritate.

**A**λέξανδρος ὁ Φιλίππου τρίς τεωταράχοσια σάδια ἐφεξῆς μεθ' ὄπλων ὀδοιπόρος, συμβαλὼν πολεμίοις, πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον, ἔκρατησε τῷ ἔχθρῳ.

[*τεῖς τεσαραγκός*] Adde Justinum lib. x. cap. 8. Curtium lib. viii. cap. 2. ubi Clariss. Freinsheimus monet, nostrum *τεῖς* non ter, sed *tertium* vertendum esse: tertium quadringentis stadiis continuo itinere confecisse, totidem cum hoste prælium init. SCHEFF. Arrianus lib. iii. p. 211. διελθὼν δὲ τὸ νυκτὸς σαδίς οὐ περιπλοκοῖς ἀλλὰ τῷ ἑωρατευγχάρει τοῖς βαρβάροις ἀπέκτως ισοὶ καὶ ἀντώνιοι, noctū vero quadringenta emensis stadia, sublucente aurora, barbaros incomposito progresso inermesque effecutus est. pro Interpretis quatuordecim, quadringentis reponendum duxi. Claudio Minos Comment. in iiii. Embl. Alciati, ter decem stadia Alexandrum continuo itinere confecisse ait, cum tamen statim subiungat Graeca Auctoris verba, *τεῖς τεσαραγκός* σάδια. KUHN.

[*τεῖς τεσαραγκός* &c.] Turbavit hic locus miris modis Editores. MSti diserte *τεῖς* δὲ h. e. περιπλοκοῖς. Quamobrem miror, unde Camillus Peruscus hauserit suum *τεῖς* δίκαιο, quod ex Romana illa repetit Basileensis editio, & Versione sua expressit Vultejus, vertens, *Ter decem*. Gesnerus in Textum immisit *τεσαραγκός*, sed, quod miror, maiore Versionis reverentia dicitur, servavit illud *Ter decem*; tantum Margini adscipit *ter quadringentis*. Secuti sunt ejus exemplum reliqui, usque ad Schefferum. Is vero in prima Editione, Gesneri notam marginalem proorsus pratermisit, ac retinuit *ter decem*, at in Secunda, nescio quā aut unde, edidit qua-

**A**lexander, Philippi filius, quum quadringentorum stadiorum tribus vicibus continua iter armatus fecisset, concurrens cum hostibus, antequam quietem daret exercitui, vicit inimicos.

*tauordicim.* Et hoc tamen, tam abhorrens à Græcis, incredibili negligentia admittere potuit etiam Faber. Kuhnus tandem pro Interpretis (debuisset dixisse Schefferi) *Quatuordecim*, ait *Quadringentis se reponendum duxisse*. Sed etiam ita nullam habet rationem τεῖς, in quo tamen vel præcipua est Emphasis. Studui ergo etiam hic emendata Versione, veram, quam proxime potui, Auctoris meutem exprimere, quæ est, Alexandrum tribus singulis diebus, iisque continua, confecisse cum armato exercitu quadringenta stadia, seu tribus illis diebus pariter sumptis mille & ducenta stadia. Vocabula τεῖς referenda est ad ἐφεξῆς ὀδοιπόρος, & sic nulla superest hæfitationis causa. Auctori visum est notatu dignum, quod cum ita fatigasset exercitum tribus continua diebus, nihil tamen minus cum isto exercitu, nulla quiete refecto, ausus fuerit cum hoste configere. *Quadrincta stadia* faciunt 5000 passuum. Usitatum spatium, quod uno die confidere solet exercitus in longo itinere, est 150. stadiorum, ut docet nos Herodotus v. 53. At immane quantum exsuperat hoc spatium, etiam illud Alexandri, quod legimus apud Tacitum Ann. xi. 8. de Bardane Partho, qui cum exercitu, sed Parthico, h. e. Equestris, biduo tria millia stadiorum invadit. Verum, ut monet istic Lipsius, haud dubie noctes quoque assumptæ ad illum cursum. De Cæsare notat Suetonius cap. 57. eum expeditum, meritaria rhabda, centena passuum millia

## LIB. X. CAP. V.

649

millia in singulos dies consecisse, h. e. octingena stadia: sed & hanc *incredibilem celeritatem* ille appellat. Milites quoque Romani sub Constantio multo jam die, quum fūgientes Persas insequerentur, decucurrisse dicuntur 150. stadia à Libanio in Basilio, vel Centum ab Julianu Orat. i. pag. 14. ubi Vide Illustriss. Spanhemium. PERIZ. ἐφεξῆς abest ab utroque MS.

[*τεῖς τεσαραγκός τὸ σχετόπεδον*] Male etiam hoc versum, priusquam quietem caperet Exercitus. Αναπούρα est Actiæ significationis, & sensus est, *antequam quietem daret exercitui Alexander*. Exciderat etiam ex Kuhniana Ed. in seqq. articulus *τ*, quem restituui. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ τυράννων ἐκ τῶν τοῦ Αἰ-

## C A P. V.

• *De tyrannis ex Æsopi scrip-*  
tis.

**Φ**ρύγιος οὐτὸς λόγος. ἐτι γὰρ Αἰσώπου τὸ Φεγυρός. Τὴν ὥν, ἐάν τις ἀψήτας αὐτὸς, βοῶν, καὶ μάλα γε εἰκότας. Οὐτε γὰρ ἔτεια

**P**hrygia est hæc narratio: est enim Phrygis Æsopi: Suem, si quis eam apprehendat, vociferari, idque non temere. Etenim

ἔχει,

[*Φεγυρός τὸ λόγος &c.*] Caput hoc descripsit Stobæus totum, Sermonem CXLVIII. sed ita, ut omnia paulo plenius & planius connectat. Quapropter integrum hic exhibeo locum, ut cuivis prompta sit copia conferendi, ac dijudicandi, utrum Æliani Codices corrupti sint & mutilati, an vero Stobæus de suo locutionem ac constructionem exploraverit. Sic ergo ille, Φεγυρός τὸ λόγος. ἐτι γὰρ Αἰσώπου τὸ Φεγυρός. Ο δὲ λόγος φυσι, τὴν ὥν, ἐάν αὐτὸς τις ἀψήτας, βοῶν, καὶ μάλα γε εἰκότας. Οὐτε γὰρ ἔτεια ἔτει, ψευδά, τὸς ἀλλοῦ πλὴν τοῦ κρεῶν. Παραχρῆμα δὲ ὀνειροπολῶν τὸ θάρατον, ιδοὺς τοι δέ, οὐ τὸν χρησιμων αὐτὴν πέφυκε λυστηλὸν εἶναι. Εοίκετο δὲ τῷ οὐ τῷ Αἰσώπῳ οἱ Τύρρηνοι, ωτοπειδόντες καὶ δεδοικότες πάντα. Ιστοι γὰρ, οὖν, ωτοπεῖον αἷς ὅς, δρέπλοντος καὶ ἐκεῖνος τὸν Ψυχὴν πάσι. Vides hic primum addi δὲ λόγος φυσι, de quo Schefferus ait, *Non dubitabunt etiam Nostrum sic scripsisse, qui hunc locum cum aliis ipius conferunt*. Mox inter ea verba, εἴτε ἀλλού, hæc interponit, εἴτε γάλλα, post addit, πλὴν τοῦ κρεῶν. Παραχρῆμα δὲ ὀνειροπολῶν &c. Judicent hic eruditæ, num de suo Stobæus hæc adjecterit, an lacuna sit in Æliani textu. Certe quomodo illud καὶ prioribus cohæreat, non satis scio, & sententia ipsa amplius quid postulare videtur, quam hodie in Æliani codicibus reperiuntur. Mox ex eodem auctore duo vocabula τοῦ, οὐ, quæ in vulgatis commate distinguntur, conjungo. Pro xpi-

2 Τῶν ὥν] Stobæus qui serm. XLVII. hunc locum descripsit, quædam verba præmittit: δὲ λόγος φυσι τ. v. &c. Non dubitabunt nostrum sic scripsisse, qui hunc locum cum aliis ipius conferunt. Mox inter ea verba, εἴτε ἀλλού, hæc interponit, εἴτε γάλλα, post addit, πλὴν τοῦ κρεῶν. Παραχρῆμα δὲ ὀνειροπολῶν &c. Atque ita & i. 15. & cap. 19. additur λέγων, λέγει. Sed & illud omittit sæpe, in primis quando additur τὸ. Sic i. 32. Λόγος ἐν καὶ τὸ Πίστεως. Φασὶν αὖτις Πίστην &c. XIII. I. Λόγος τὸ Αρχαιότερον τούτο τοῦ Αταλάντης. Ταῦτα δὲ Πατέρες γενομένη τοῦ Αταλάντης. Intelligitur in his τοῖς, quod ex-

Nn n

ἔχει, οὐτέ ἄλλο τι· 3 καὶ ὀνειροσθ-  
λεῖ, εὐθὺς τὸν Θάνατον, 4 εἰδυῖα  
εἰς ὃ, τι τοῖς χρησμούνοις λυσιτελεῖ.  
Εοίκαστος δὲ τῇ 5 ὑπὲρ Αἰσώπου οἱ  
Τύραννοι, 6 ὑποστεύοντες καὶ δε-  
δοκότες πάντα. Ισασι γὰρ, ὅτι,  
7 ὡσπεροῦν ἡ ὑπὲρ, 8 ὥφείλουσι καὶ  
ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν 9 πᾶσιν.

ερμόντος, habet ἵσ ὁ, οὐ τῶν χρονίμων αὐτὴν πίφυκε  
λατοτελῆς εἶναι. pro ἡ ὁ, αἵ ὁ. SCHEFF. LOCUS extat in Stobæo Serm. CLXVIII. Edit. Wecheli-  
anæ. cæterum ὁ, πι per distinctionem, nul-  
latenus conjugendum est vel in Nostro vel  
Stobæi codice, ut sola αὐτοῦνα docebit. Cæ-  
terum apud Porphyrium lib. I. οὐδὲ ἀποχή ἐμ-  
ψυχη, hostes ξενοφάγος dicunt. οὐδὲ ἵσ χρονίμων  
επεις ἄλλο οὐ ὁ, οὐ ποτε βράστην. Φοίνικες ἢ καὶ Ι-  
δαιοὶ ἀσύχοτο, οὐδὲ ὅλως εἰς ποτεις ἐφύετο.  
nec ad aliud quid sus facit, quam ad cibum;  
Phœnices autem ἐξ Iudei abstinuerunt; quia  
apud illos planè non nascitur. & lib. IIII.  
Chrysippi ἐπον hunc in modum affert. οὐ δὲ ὁ  
&c. οὐ δὲ ἄλλο οὐ πλὴν θύεσθαι εἰσεργέναι, οὐ τῇ οὐρ-  
ᾳ τῷ ψυχλῷ οὐ θέσος οὐδὲς ἄλλας εἰπεῖσθαι, διεψιω-  
ζοῦν μηχανῆμα. Sus autem non propter aliud  
quam ut mactetur, nata est, ἐξ Deus carnem,  
animâ ipsi pro sale datâ, ad bonum nobis obso-  
nium preparavit. vid. Cicerouem lib. v. de  
fin. bon. & mal. & ibi Gothofred. KUHN.

3 Καὶ ἑνεργοπολέτ &c.] Ut proximis superioribus addidit Stobæus, quæ sensum redundat longe disertiore, sed quæ tamen, ut omnia sibi constent, abesse etiam possunt, ita hic multo est expressius, quod pro Καὶ exhibet ἀρχηγίς τι. Certe si recte se habet illud Καὶ in Codd. Aelianj, per ἄλλο exponi debet. Atque ita Anton. Liber. fab. xi. ιταὶ ἐλάφοι ἀπέριψαν, ὅτι πάλιν ἀπέλλας Ηερες καὶ Διός φιλέστιν, Καὶ Ηερε μεμφαθόν τὸ λόργον τούτους ἔπειρε, quum vero vanum effudissent sermonem, quod magis se invicem amarent, quam Juno & Jupiter, Ideo Juno, virio vertens hunc sermonem, Litem in eos immisit. Et fab. xix. Jupiter quum intonisset, vibrabat in eos fulmen: Parcae vero & Themis vetabant: non enim fas erat mori quenquam isto in loco: Καὶ ἡ Ζεὺς πάντας αὐτὸς ἴωποις σέριδες, Ideo Jupiter omnes eos fecit aves. Vide &

neque lanam habet, neque quidquam aliud: & statim *ideo* mortem suspicatur, non ignorans quo usque usui sit urentibus. Similes autem sunt Sui Æsopicæ Tyranni, suspicantes & metuentes omnia. Sciunt enim, sicut suem, ita etiam se, vitam debere omnibus.

Nostrum xiiii. 42. & xiv. 15. Quia tamen  
nimis hic jejunum videtur solum illud καὶ,  
crediderim Ἀelianum scripsisse, ut solet, καὶ  
ἄντι καὶ. Sic I. 3. σοφὸς οὐδέποτε λέγεται Βα-  
τεράχων Αἰγυπτίων, ηγέρης τῶν αἰλαν ἵστερίερες  
τοῦ πολέος. Et cap. 10. οἱ Κρῆτες λέγοντες ἀγα-  
θούς, ηγέρης τὰς αἰγαῖς βάλλουσιν ἐπ' ἄκροις γεμψέ-  
ιας τοῖς ὄρεσι. PERIZ.

4 Et *Εὐθύνη* τὸς ὁ, οὐ τοῖς χειροπέδεσι λυτραλεῖ] Hæc vero non opus fuerat mutari à Stobæo, quum satis planum & idoneum habeant sensum, quem tamen non percepérunt Editores, vertendo, *νον ignorans*, se ipsam *νει* esse *νετινβις*. Id enim sunt & oves, & alia pecora, quæ non ita clamant. Immo vero, quo magis vario erant usui, eo ipso minus clamabant. Sues vero, quia nulli sunt usui utentibus vivæ, ideo arreptæ continuo mortem sibi augurantur, quæ solâ usui esse posunt. Verte igitur, *sciens*, quo *νει*que, vel ad quid, *νει* sit *νετινβις*, scilicet ad inactandum se tantummodo & comedendum. IDEM.  
5 ή τὴ Αἰολίας] Sluisk. Med. I. & Regius Strategi *τῇ* ὑ *τῇ* Αἰ. Atque ita Stobæus quoque Lugd. & Regii duo *τῇ* ὑ *τῇ* τὴ Αἰ. Priscæ Edd. ante Schefferum *τῇ* ὑ *τῇ* τὴ Αἰ. Quod restitui, nihil contradicurus, si quis sequi malit Stobæum, & MStos illi assentientes. IDEM.

6 Υποπτῶντες τῷ δεσμούτες] Ita Cicero lib.  
III. de Offic. Angores in iis, sollicitudines,  
diurni & nocturni metus, vita insidiarum pe-  
ricularumque plenissima. Vide Lipsium Po-  
lit. lib. VI. cap. 5. SCHEFF. Bene Plato lib.  
XIX. de Republ. ἐνι αἱρε τῇ ἀληθείᾳ, καὶ εἰ μὲν  
τῷ δοκῇ, ἡ τῷ ὄντι τύπων τῷ ὄντι δέλτῳ. Res  
ipsa sane est, quamvis fecus alicui visideri pos-  
sit, quod verus Tyrannus, purus putus servus  
sit. KUHN.

7 Οὐαὶ τοῖς] Habuimus in superioribus  
sem-

semper nō ū. Atque ideo, & quia uterque Codex Meus, ut & Med. i. ac Regii omnes, hic habent, nō ū, id reposui. Stobaeus q̄ ū, quod rectius etiam est vulgato. PERIZ.

8 Οφελούσι τῷ ἐκείνῳ τῷ ψυχῇ] Hoc Latine  
expressit Terentius, sed sensu longe diverso,  
*Phorm. Act. IV. Sc. 3. v. 56.* Quid si ani-  
mam debet. ubi Donatus. *Gracum proverbium,*  
ἢ αὐτῷ τῷ ψυχῇ φέλει.

9 nūxi] Ita homines eretioris animi stabant, etiam singulis tyraanni interficiendi potestatem esse. Quintil. *Declam.* CCLXXIV.  
*Hominem occidere non licet, Tyrannum licet.*

*Insidiatur civis, etiam si non efficerit scelus, pœnas tamen legibus solvet: at qui hoc idem adversus tyrannum fecerit, etiam si deprehensus fuerit, laudabitur.* SCHEFF.

K E Φ. 2'.

Περὶ ἀνδρῶν λεπτῶν.

<sup>1</sup> Εκωμῳδίου τοῦ εἰς λεπτότητα <sup>2</sup> Σαν-  
γυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητὸς, καὶ  
<sup>3</sup> Μέλιτος <sup>4</sup> ὁ τραγῳδίας ποιητὸς,  
καὶ <sup>4</sup> Κινησίας κυκλίων χορῶν,  
καὶ

**I**rridebantur in Comœdia propter  
gracilitatem Sannyrio comicus  
poëta , Melitus tragicus , Cinesias  
circularium saltationum poëta , &  
Phis.

I Εκωναδέρτο] Ab Aristophane videlicet, in Gerytade comœdiâ, ut testatur Athenæus lib. xii. cap. 13. ubi habes omnia hujus capit. SCHEFF. Lib. II. *Epigram.* Gracorum fatis defricatos habebis junceos illos & μεγονεῖς homines, qui pectus cicade cruculumque formicae habent, adde Euostathium in *Iliad.* p. 1288. Edit. Rom. & que olim notata in Pollucem de Cinesâ. Junium quoque Cent. VIII. Adag. 76. Antisthenes Cephisodotum τὸ λεπτὸν λεπτωτὸν εἴρεσεν, ὃν ἀπλύρφος εὐφράτης gracilem illum comparavit cum thure, quod, dum perit, delectat. Aristot. vide Nonium in *Monogrammi* p. m. 503. KUHN.

*2 Σαννοεῖν ὁ κωμῳδίας]* Imo ὁ Τελεγρυθίας, nisi quis falsum dicat Aristophanem. Sic enim de quibusdam macilentiis.

**Καὶ τίνες αὐτοῖς πρῶτα μὲν Σαννυείσιν  
Απὸ τῶν τρεις οὐδὲν. Δέποτε δὲ τῶν τρεις οὐδὲν χορῶν  
Μέλιστος. Δέποτε δὲ τῶν κυκλικῶν Κινητίας.**

Sed cum nostro facit Scholiafest hujs poëtæ. καὶ αὐτὴ γὰρ, ait, ἡ παλαιὰ ἐντῆς Διογέτεω. καὶ γὰρ οἱ εἰς Αἴθην περόνων συνηστάθροι τὸ ιπποδάμεον τὸ καμαρώνας (ἥταν ἦ οἱ εἰδένει Σανσενείων) εἰ τὰ αὐτές ταῦτα εἰσῆγον ἀπάκτως καὶ μόνος ὁ γέλως

καὶ οἱ Φιλῆται ποιητὴς ἔξαμέτρων. Αρχέσπατρος ὁ μάντις ὑπὸ πολεμίων ἀλόν, καὶ ὑπὸ Συρὸν ἀναβληθεὶς, ὁ ὄβολοῦ ὀλκὴν ἔχων εὑρέθη, ὡς Φασι.

nus in *Vindic. Epist. Ignat.* P. II. cap. I. qui etiam apud Scholialem Aristophanis, quem b. l. allegavit Cl. Schefferus, εἰ τῇ Σαννείᾳ pro οἱ περὶ Σαννείᾳ legendum recte monet, quum τῷ γένει illic non nomen comœdia sit, sed *rīsum* simpliciter denotet. Sed & l. c. Aristophanis, ubi hodie legitur Σαννείᾳ διὰ τῶν τεγμάτων, omnino reponendum est ἀπὸ τῶν τεγμάτων, quod jam dudum animadvertisit eximius ille Musarum Antistes Rich. Bentlejus in *Dissert. de Phalar. Epist.* pag. 299.

3 Μέλιτος] Fuit hic ille inimicus Socratis, qui cum Anyto Eum accusavit, ut diserte ait Scholialem Aristophanis *ad Ranas* pag. 273. Vide & Suidam. Inimici illius meminimus & Noster II. 13. sed à quo Index Latinus male Hunc distinguebat, & diserte Alium dicebat. PERIZ.

4 Κινητὸς κυκλιῶν χορῶν] Αὐτὸν τὸν διδυγμόν, ait Scholialem Comici in *Avibus* & *Nebulis*. Hinc Plutarchus *lib. de Glor. Athen.* Κινητὸς διδυγμόν ποιητός. Dicebantur autem ita, memorante dicto Scholiale, ὃν ἐγκέκλια διδύκουσσε. SCHEFF.

Κινητὸς κυκλιῶν χορῶν] Cinesiam hunc sæpius iudit Aristophanes, maxime in *Avibus*, ubi illum inducit volitantem, & φιλέστρον appellat pag. 605. quod exponit Athenaeus d. l. ut ad gracilitatem ejus referat, propter quam se cingere debuerit tabella, ut rectus ingredi posset. Poeta autem *ibidem* adeo macilenter & λεπτὸν fingit, ut dicat eum *indigere pondere illo* alarum, quas sibi aptaverat, scilicet ut confistere posset. Vide & *Ranas* pag. 279. ubi per jocum hunc Cinesiam, tanquam levissimum, jubet etiam alteri aptari pro aliis. Erat vero ille etiam διδυγμόν ποιητός, sed inglorius, ἀλλίς, ut ait Plutarchus in *lib. utrum Attici bello, an sapientia præficerint*, seu διδυγμόν ποιητός, ut ait Schol. *ad Ranas* pag. 218. ubi Aristophanes memorarat ποιητὴν Κινητόν. Dithyrambica autem carmina cantabantur maximo motu & licentia, etiam Poëtica seu Metrica, ab Ebriis maxime, per

Philetas Hexametrorum. Archestratus vero vates captus ab hostiis, & sub lance missus, inventus est habere pondus oboli, ut ajunt.

Et

circulos Hominum saltantium circa Aras Bacchi: sic dicta à Baccho, qui & ipse *Dithyrambus* dicebatur. Vide Procli *Chrestomath.* ubi & inventor istius Carminis dicitur primus duxisse vel instituisse τὸν Κυκλικὸν χορόν. Nempe κύκλιος χορός videtur fuisse primitus Baccho sacrifici, Vide *supra ad III. 40. 1.* & ideo eorum cantilenæ erant *Dithyrambi*. Ita enim ipsæ de Baccho cantilenæ proprie etiam vocabantur, sicuti de Apolline *Pæanes*. Vide Plutarch. *de EI.* pag. 398. Hinc promiscue Tzetzes *Prolegom. in Lycopronem*, διδυγμόν τοῖς κυκλικὸν χορὸν εἰς Κορίνθῳ παρατητεῖν Αἰγαίον. Schol. Pindari *ad Olymp. Od. 13. v. 25.* ὅτι πρώτος εἰς Κορίνθῳ διδυγμόν εἰσῆχθη, ὃς λοιπόν Κύκλιος χορός. Sed de hoc ipso Cinesia res est manifesta ex Aristophane *Avibus* pag. 605. ubi eum appellat Κυκλιδιδυγμόν, quod Scholialem interpretatur διδυγμόνιον. Vide & *ad Nubes* pag. 145. Memoratur istic inter κυκλιῶν χορῶν ποιητός, ac διδυγμόν ποιητός, præter Cinesiam, etiam Philoxenus, quem Plutarchus *de Musica* ait primum intulisse μέλον, modulatos cantus, εἰστὸς κυκλιῶν χορῶν. Adde his Platonem in *Gorgia* p. 501. ubi junguntur οἱ τῶν χορῶν διδυγμολαί, οἵτινες διδυγμόν ποιητοί, quas tribuit huic Cinesiae, Meletis Citharoedi Filio. Satis ex hisce liquet, *Dithyrambus* esse *Cyclis choros*, & Bacchi quidem, proprios, quamvis dein etiam ad Lyricam poesin traducti sint, quis multum habebat & illa spiritus dithyrambici. De Choris autem illis Κύκλοι facientibus seu exhibentibus Vide & Callimachum *Epigramm. L.* ubi Tribui Acamantidi tribuuntur *Chori*, in quibus Horæ Bacchicae exclamaverint ob *Dithyrambos*, & honoraverint peritos cantores: quorum Κύκλοι μελέτην ἐχορήγησαν, cyclum suaviter cantantem duxerit, *Hipponeicus*. Cum quo loco conferendus est Plutarchus *Vitis x. Rhet. in Andocide*, οἱ ἐχορήγησαν κυκλοὶ χορῶν αὐτὸς φυλῆ ἀγωνιζομένη διδυγμόν, *Choragum* egit tribui sua, in *Cyclo choro* certante, carmine dithyrambico. Sed intricata hæc sunt.

Pu-

Φασι. Καὶ οἱ Πανάρετος ὁ λεπτότατος ἦν· διετέλεσε μέντοι ἄνοος. Δέγουσι οἱ καὶ οἱ Ιππόνακτα τὸν ποιητὸν οὐ μόνον γενέθλαι μικρὸν τὸ σῶμα, καὶ αἰχρὸν, ἀλλὰ καὶ λεπτόν. Αλλὰ καὶ οἱ Φιλιππίδης, καὶ οἱ λόγοι ἐτίνι Υπερίδη, λεπτότατος ἦν. οἱ θεοὶ καὶ τὸ πάντα τὸ σῶμα, οἱ πεφατικούωδαι τὸ σῶμα, οἱ πεφατικούωδαι

λεπτό-

Putem legendum, οἱ ιχνευταὶ χορὸν τὴν αὐτὴν φυλῆ ἀγωνιζομένην διτ. h. e. Εἴ πραbuit aut duxit Cyclium chorūm suā tribū certanti dithyrambico carmine. Cæterum hi *Cyclii choroi*, non soli ducebantur Baccho, sed etiam aliis Diis. Sic apud Plut. *ibidem*, *Lycurgus Rhetor* legem tulisse dicitur, ut Neptuno certamen fieret in Pyræo κυκλιῶν χορῶν, οἱ λοιποὶ τελεῖν, choros circularibus, non minus tribus. Vide & Illustriss. Spanhemium *ad Callimachum*, *Hymno in Diana* v. 266. 267. In illis tamen choros adhibuere etiam Dithyrambica, licet Antiqui tantum διδυγμόνιον fuerint soliti, quando ipsi Baccho libabant in Vino & Ebrietate: at quando sacra faciebant aliis Diis, certe Apollini, ejus laudes cecinerint μετ' ιουκλαὶς καὶ τάξις, cum quiete corporis, Εἴ decoro modo, ut apud Athen. XIV. 6. ait Philochorus. Cui adde Plutarch. περὶ τῆς ΕΙ. pag. 389. Cinesiam autem hunc à Vossio plane præteritum miror. PERIZ.

5 Φιλῆται] Πρεδίκος ὁ στριψὺς οἱ Φιλῆται οἱ ποιητὲς, νεοτέροι οἱ καὶ νεοτέρες οἱ τὰ πολλὰ κλιμακοπέτες διάφρων ὄντες. Prodigus Sophista Εἴ Philetas Poëta, juvenes quidem, graciles vero erant Εἴ morboſi Εἴ ut plurimum lecto affixi praे infirmitate corporis. Plutarch. num sensi gerenda sit respubl. KUHN.

Φιλῆται &c.] De Eo vide *supra ad IX. 14.*

PERIZ.

6 Οὐδεὶς ὀλκὸς] Quum obolus non aliud, quam sexta pars drachmæ sit, quod ego sciām, quis hoc credat? GESN.

Οὐδεὶς ὀλκὸς] Illud vero est pondus nihil, potius quam admirandum. Et sine dubio vel Polemo in suis *Admirandis*, unde habet Athenaeus, à Poetis hoc accepit, qui quam

Et Panaretus tenuissimo erat corpore: vixit tamen sine morbis. Dicunt etiam Hipponaçtem poëtam non solum corpore parvum fuisse, & deformem, sed etiam tenuem. Sed & Philippides, adversus quem existat Hyperidis oratio, tenuissimus fuit: unde & omnino attenuatum esse corpore, περιπλανηθεὶς dicebant.

Δος χλωτῶν Ιωνίων, καὶ ταῦτα πίνει,  
Καὶ βαρεσσαῖν.

Da pallium Hipponaçti, nam valde algeo, Εἴ dentibus crepo. Athenaeus vero addit fuisse

Nn nn 3

eum

λαππωδεῖς (12 Φασὶν) ἔλεγον. Māf- bant. Testis est Alexis.

TUS. 13 ALEXIS.

KEΦ.

eum adeo validum tamen manibus, ut vacuam lagenam in longissimum posset mittere spatiū. PERIZ.

9 Φιλιππίδης] Fuit Athenis inter eos, qui Rēmp. curabant, inter τὰς πολιτευόμενάς. Legem tulit de mulieribus, qua multarentur feminæ ἀπομένου indecora se gerentes in publico. Vide Harpocrationem in v. δῆ κινης. Ita factum, ut contra eum dixerit Hyperides, celeberrimus Orator, cuius vitam inter X. Rhetores habet Plutarchus. Vixerunt ergo pariter tempore Alexandri, quo tempore etiam floruit celebris Comicus, itidem Philippides dictus, de quo Noster xii. 31. sive idem fuerit, sive diversus ab hoc homine. Eundem putavit Valeius ad Harpocrat. d. l. Vide & Suidam. IDEM.

10 Οὐρανὸς τὸ πάνω] MSS. B. & C. διὰ τὴν τὸ πάνω. SCHEFF. Quæ lectio est explicatio vulgatae KUHN.

11 περιπτεῶθαι] Notat Meursius lib. II. Lect. Att. περιπτεῶθαι legi oportere, inque eam rem utitur prædicti Athenæi testimonio. Idem ante observavit Stephanus in Appendix ad Al. Script. de Dial. Att. p. 214. SCHEFF. Analogia probat legendum περιπτεῶθαι, sed hoc Docti olim ostenderunt. FABER.

περιπτεῶθαι] Sic MSti: sic ergo etiam editur cum hic, tum apud Athenæum, & Suidam. Sed videtur sane Analogia postulate περιπτεῶθαι, atque ideo sic etiam legunt Casaubonus ad Athenæum, ac Meursius Lect. Attic. II. 5. Verum huic emendationi aduersatur, quod Viri Eruditissimi non animadverterunt, Eustathius ad Hom. Odys. K. pag. 379. Ed. Basil. qui Athenæum iūt laudat, ut ex quo, quæ ibi narrat, hauserit. Ille vero ait, οὗτοι Αλέξις τὸ Φιλιππίδην συγκέντος, ἡγετούσης τούτους τὰ πολέμους, περιπτεῶθαι εἶπε τὸ λεπτοῦθαι, & ταῦτα τὸ Φιλιππίδην δηλαδή, ἐκάτη τὸ συγκέντος Φιλιππίδην. Unde Alexis Philippidem contrahens, seu contradictionem Nomini iūt faciens, dixit περιπτεῶθαι, pro extenuatum esse, non videbilet à Philippo quodam, sed ab illo contracto

Philippide. Satis ex his manifestum, tempore Eustathii certe jam lectum in Athenæo, non, ut Viri Doctissimi volunt, περιπτεῶθαι, sed contracte περιπτεῶθαι, ut editur. Neque vero ratio metrica versus Jambici ex Alexide apud Athenæum, qui ex illorum emendatione incipit περιπτεῶθαι, quum vulgata sit lectio περιπτεῶθαι, postulat istam emendationem, quum prima in φιλ. & derivatis, etiam longa sit, atque ita ratio versus non respuat περιπτεῶθαι, quod Ego malim. His de causis etiam in Eliano vulgatum retinui. Paulo ante οὗτον τετυρτού τοῦ Sluisk. At Lugd. conspirat cum duobus Regiis B. & C. qui αὐτὸν τετυρτού legunt. PERIZ.

12 Φασὶν ἔλεγον] Nihil habet, quo se commendet illud φασὶν, in Vulgata Lectione. Adeo supervacuum iūt est, & otiosum. Atque ideo legere malim cum Sluiskiano Cod. φασὶν. Ελεγούσης Αλ. Ut sensus sit, ita locutos tunc Græcos, idque constare ex Alexide, qui περιπτεῶθαι ita dixerit. Alexis autem celebris fuit Comicus, Patria Thurius, patruus Menandri. Ille vero non tradidit hoc, tanquam Teftis Historicus, sed Vocabulum illud in Comœdia quadam eo sensu adhibuit. Vide Athenæum, qui Verba Alexidis adfert, & quem Elianus sequitur. Quia vero Elianus non solet integra ex antiquioribus Auctòribus loca exhibere, ut facit Athenæus, ideo satis habuit, rei ex Athenæo narratæ subjicere, Locutus est ita, & probavit hanc verbi significationem Alexis. Cl. Boivinius, qui in Regis vulgatam reperit, illa verba, ait, ἔλεγον. μέτρος Αλέξις, videntur esse Scholium Hominis approbat, ut sensus sit: Sic olim loquebantur: Et Alexis testis est. IDEM.

13 Αλέξις] In Thesprotis Athenæus lib. XII. Cui Eustathium addas Odys. K. & Plutarchum & Suidam, qui inter macilentes etiam Asopodorum quendam & Didymachiam & Prodicum Sophistam numerant. SCHEFF.

CAP.

KEΦ. ζ.

Περὶ Αἰτρολόγων τινῶν, καὶ Μεγά-  
λου Ενιαυτοῦ.

De quibusdam Astrologis, & An-  
no Magno.

Οἰνοτίδης ὁ Χῖος ἀιτρολόγος  
ἀνέθηκεν ἐν Ολυμπίοις τὸ  
χαλκοῦ γεφυματεῖον, ἔγγραφας ἐν  
αὐτῷ τὴν ἀιτρολογίαν τῶν ἑτοῖς δέσ-

των

Ι ονοτίδης] Meminit hujus mathematici Censorinus de die Natali cap. 19. *Annū naturalem dies habere prodidit Oenopides CCCLXV. & dierum duum & viginti unde sexagesimam partem.* Adde Stobæi Eclog. Phys. titulo de tempore, & Scaligerum de Emend. temp. lib. II. SCHEFF.

Ονοτίδης ὁ Χῖος] Meminit hujus Astrologi, non Censorinus tantum, sed & Alii, inque iis Diog. Laertius in Democrito, §. 37. ubi Vide Menagium, & Plutarchus de Placitis philosophor. II. 12. ubi ait, Pythagoram primum dici ex cogitatione obliquitatem Zodiaci, quam Oenopides Chius veluti suam inventionem sibi tribuerit. Quam uterque videtur acceptissime potius ab Egyptiis, ad quos, æque ac Pythagoras, profectus etiam fuit Oenopides, & si illis fides, hoc de Zodiaco ab iis didicit. Vide Diod. Sicul. lib. I. extr. Ita vero hunc quoque Μέτων Ειναυτὸν LIX. Annorum, quem Oenopides tabulae inscripti, & dedicavit Olympiæ, Alii tribuant Philolaos Pythagoricos. Vide Censorinus cap. 18. ubi item memoratur hujus spatii *Annus Magnus*, continuo post Metonicum. Sed tamen aliter suum Annū descripsit & constituit Oenopides, aliter Philolaus. Vide Scaligerum de Emend. Temp. pag. 166. & 168. Et præterea jam ante Philolaum ille exstitit, æqualis Democriti & Anaxagoræ. Vide Laertium d. l. Atque ideo Diod. Sicul. inter Philosophos, qui ab Ägyptiis pleraque hauserint, nominat hunc Oenopiden, post Democritum, ante Endoxum, ratione ætatis, ut liquet, habita. PERIZ.

2 Τὸν ἀιτρολογιαν] Intelligit motus Solis &

Oenopides Chius, astrologiæ peritus, dedicavit in Olympiis æream tabulam, in qua incriperat astrologiam sexaginta annorum, mi-

Lunæ, aliorumque etiam Syderum, tum solstitia, æquinoctia, Eclipses, & similia, quæ, & quando, intra illud *Magni Anni* systema essent eventura. Talia enim in Sui anni paragmata, seu Tabula suspensa, annotare solebant Astrologi. Sic apud Diog. Laert. in Democrito inter alia ejus scripta memoratur *Mētōn Eiavtēs*, ή *Asgorouīns οὐδη-*  
*πημα*. Ubi Vide Menagium. IDEM.

3 Μέτων Ειναυτὸν] *Magnum Annus* dicebatur, quo Sol & Luna pariter, decursis aliquoties suis spatiis, concurrunt novo ortu in eundem articulum seu punctum, atque ita simul novos iterum ausplicantur cursus. Hoc primo credebat fieri singulis bienniis, exactis xxv. mensibus lunariis. At postea quum didicissent Solis conversionem annuam non finiri certo numero dierum, sed insuper etiam aliquot horarum, & minutissimarum particulorum horæ, alium atque alium deinde constituerunt *Annū Magnum*, sed potissimum vel *Oeto Ankorum*, ut Eudoxus Cnidius, vel xix, ut Meton, vel LIX. ut Philolaus & Oenopides. Vide Plutarch. de Placitis Phyl. II. 32. & Censorinum cap. 18. IDEM.

4 Μέτων Αλέξων] Falsa hæc scriptura. Non enim Lacon, sed Atheniensis fuit. Scribendum igitur cum Scholiaste Comici, Αιτρολόγος, ut pluribus demonstrat vir admirandæ eruditiois Cl. Salmasius Exercit. Plinianis p. 738. Vel etiam Αιτρολόγος, quod proprius abest à scriptura vulgari, & habet Phrynicus in versibus apud Suidam voce Μέτων. Vitium sine dubio ortum à compendio scripturæ. SCHEFF. Vide in primis Scholiaitem Atti-



των ἔχοντα ἐτῶν, Φίσας τὸν 3 Μέγαν Εὐιαυτὸν εἶναι τοῦτον.

Οτις<sup>4</sup> Μέτων ὁ Λευκονοεὺς, ἀστρολόγος, ἀνέγνω<sup>5</sup> τὴν πόλην, καὶ τὰς Ὅλιτις τροπὰς κατεγράψατο, καὶ τὸ Μέγαν Εὐιαυτὸν, ὃς ἔλεγεν, εὑρε,  
καὶ ἔφατο αὐτὸν, (τὸ ὃς ἔλεγεν,) ἐνδέοντα εἴκοσιν ἐτῶν.

Aristoph. in *Pace* p. m. 407. à quo sua omnia habet Suidas, & Diodor. Sicul. lib. xii. Bibl. p. 94. Hic Meton, ut quidam tradunt, amentiam simulavit, cum Athenienses expeditionem in Siciliam pararent, & ipse suis ædibus faces subdidit. Sunt qui non mentitur esse insaniam volunt, sed noctu claram exussisse domum, & orta luce in concionem Atheniensium prodeuntem, precibus ab illis impetrasse, ut ob deflagrata domus calamitatēm filio suo daretur militare vacatio. Plutarchus in *Alcibiade*. Et Noster *infra lib. xiii. cap. 12.* vide omnino Janum Rutgersium *lib. v. Variar. Lection. cap. 4.* & Simson. *Chronicon Catholicum P. iv. p. 47.* ut & Servium Petri Danielis in *Illiad. p. m. 283.* ubi male legitur, à Mentore pro Metone. His adde ex notis Konigianis Ald. Manut. lib. I. quasit. per evist. 6. Nicol. Loënssem *lib. viii. Miscell. cap. 22.* Vaticanam proverbiorum appendicem, ubi proverbium est. ἀναβάλλεται εἰς τὸ Μέτωνος οὐαντόν. in Metonis annum (i. e. diu) differre. KUHN.

Ο Δάκων] Certus & manifestus Error. *Meteo* enim non Lacedæmonius, sed Atheniensis erat omnium consensu. Quin & ex Nostro id liquet *xiii. 12.* Concurrunt ergo omnes Eruditæ in emendationem hujus loci, leguntque Λευκονοεὺς. Δῆμος enim erat Atheniensium, qui dicebatur Λευκόδοτος: ad eum pertinebat Meton, ut discimus ex Schol. Aristoph. *ad Aves*, pag. 589. Emendatio hæc tam liquida est, ut in contextum recipi debeat, nisi quis putet, ipsum errasse Autorem memorie vitio, quod tamen Ego hic neutiquam crediderim. MSti Sluisk. Med. I. & Mediol. ac Regii duo retinent vulgatum. Ab Lugdun. & Regio tertio Numeri 3064. hæc Capitis pars de Metone pror-

minus uno, affirmans, hunc esse Magnum Annum.

Meto Leuconensis, Astrologus, columnas statuit, & in eis solsticia annotavit, atque Magnum Annum (ut ipse dicebat) adinvenerit, eumque dicebat undeviginti esse annorum.

fus abest. At Med. II. legit ὁ Λαζάρων. PERIZ.

Στήλαι] Veteres, quicquid scitu dignum videbatur, quicquid in commune prodeesse poterat, publice in æreis lapideis tabulis descriptum suspendere, vel columnis etiam incidere solebant. Sic ab ægroris Æsculapii in templo tabula suspensa, quibus medicamina continebantur, quorum ope in sanitatem restituti essent. Sic à Geometris in celebatis urbium locis columnæ errectæ, quæ descriptiones regionum aliasque artis ejus figuræ refecebant. Ut jam alias notavimus. Notæ etiam sunt in Josephi lib. I. *Antiq. Jud. cap. 3.* duæ columnæ à Setho primo Astronomia repertore errectæ, lapidea una, altera lateritia, quibus inscripta erant omnis artis ejus præcepta, & Josephi temporibus adhuc in Syria extare dicebantur. SCHEFF.

Μέτων οὐαντόν] De quo Metonis anno magno consule Scaligerum *de emend. lib. II. Gyrald. de Annis p. m. 550.* Petavium *Par. II. Rationarii tempor. lib. I. cap. 2.* Alias variæ de anno magno veterum sententiæ. Aliqui ut notat Servius *ad lib. III. Æneid.* annum solarem, magnum nominabant, in oppositione lunaris anni. Alii, ut testatur Plutarchus *lib. II. de placitis Philosoph. cap. 32.* octennio definitivæ, alii annis quinquaginta novem, alii millibus octodecim, alii ineffabili fere annorum multitudine. Est autem annus magnus, ut definit Cicero *lib. II. de nat. deor. cum solis & lune & quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conversio.* Quod fieri Servius ait ex Ejusdem Hortensio post annos duodecim milie nongentos quinquaginta quatuor Solstiales. Quanquam dissentiat à se ipso, &

lib.

## L I B . X . C A P . V I I I .

657

*lib. de Nat. D.* dicat fieri post tria millia annorum. Consule & Macrobius *II. Saturn. cap. II.* SCHEFF.

Ως ἔλεγον] Delenda hæc duo verba sunt.

FABER. Hæc delenda putat Faber, me in-vito quidem. Respiciunt enim verba hæc particularem annum magnum, Metoni sic dictum, aliumque à magnis annis aliorum.

K E F. η.

Περὶ εὐεγγεοῖς.

C A P . V I I I .

*De beneficiis.*

Αριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος ἔλεγε, μὴ δὲν εὐεγγεοῖς τῷ θεῷ τι προσκεδαζεῖ. ή γὰρ ἀποδίδονται πειρώμενοι, τὰ πράγματα ἀντὶ ἔχειν, ή μὴ ἀποδίδοντα, ἀχάσιτος Φαίνεσθαι.

Aristoteles Cyrenensis dicebat, non oportere beneficium à quoquam recipere: aut enim rependere tentantem, molestias habitu-rum, aut si non referat, ingratum videri.

K E F.

C A P .

Ι. Αριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος] Meminit hujus Cyrenensis Aristotelis etiam Laertiæ, eumque de Poëtica scripsisse ait. Item Clemens lib. III. Strom. quanquam Jonsius diversos faciat in *Historia Philosoph.* SCHEFF. Ad mentem Aristotelis Quintil. 333. nihil peri-culosis est acceptis beneficiis. vid. Salvianum lib. IV. contra Avarit. KONIG.

Αριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος] Aristoteles hic Cyrenæus, si idem est, qui à Laertio in *Stilpone cognominatur Cyrenaicus*, astate æqualis fuit illi Stilponi & Theophrasto, ut & An-

tigono ac Demetrio Poliorcetae. Celebris fuit Philosopher, à quo tamen aliquot ab-duxit discipulos Stilo, qui & Unum ex suis Dialogis Aristotelis nomine, haud dubie hujus, inscripsit. Mox Lugd. habet, μὴ εὐεγγεοῖς &c. h. e. ne beneficium quidem ut quis ab alio acciperet. An voluit? μὴ δέν μηδὲ εὐεγγ. &c. PERIZ.

2 Μὴ δέν] Vide *infra lib. xi. cap. 9. exem-plum in Ephialte.* SCHEFF.

3 Περὶ πράγματα ἀντὶ ἔχειν] Mediceus περὶ πράγματα, molestias subiturnum.

O O O

ΚΕΦ. 9.

Οτι λίχισθ ο φιλόξενος.

Φιλόξενος λίχισθ ήν, καὶ γα-

τε

**[Φιλόξενος]** Fuit hic Euripidis filius, memorante Aristotele lib. III. Ethic. cap. 13. atque ita gula deditus, ut gruis collum sibi optarit, quo longiorum voluptatem persisteret. Sed apud Aristotelem male scribitur ὁ ἐρυζος: debet enim scribi, ἡ Ερύζος, ut est binis locis apud Plutarchum & apud Athenaeum lib. I. qui eum poëtam dithyrambicū appellat. SCHEFF.

**[Φιλόξενος]** Philoxenos cum Helluones, tum Poetas, confusisse videntur Veteres ipsi. Nam primum Athenaeus lib. I. duos vel tres helluones istius nominis commemorat, Philoxenum Leucadii, qui scriperit Δέσποιν, seu θηγαντις artem preparandi cibos, dein Philoxenum Cytherium, Poetam Dithyramborum, denique Philoxenum Eryxidis, omnes lurcones & helluones turpissimos, quorum Hic optaverit sibi guttur gruis, ut tanto diutius frueretur sensu ciborum, quos devorabat & deglutiebat, quod de Eodem refert etiam Aristoteles Ethic. III. IO. Illi exercuerint, & ita paraverint sibi facultatem comedendi maxime calida, ut ita aliis præripent, quæ desiderabant, in convivis. At lib. VIII. pag. 341. ex Machone Comico refert versus, quibus Philoxenus Cytherius, Dithyramborum Poeta, sibi gulam trium cubitorum expedit, eadem, qua ille Eryxidis, ratione, & præterea describitur, ut voracissimus, qui Syracusis integrum Polypodem duorum cubitorum præter caput devoraverit, cumque inde morbum contraxisset, & moriturus esset intra septem horas, caput insuper poposcerit, ut id quoque devoraret, antequam moreretur. Libro vero XIV. pag. 642. & 643. tribuit eidem Cytherio Carmen, quod appellaverit Δέσποιν, ex quo multos dein versus exhibet de mensis secundis; eumque lau-

## C A P. IX.

Quod belluo fuerit Philoxenus.

Philoxenus gulosus erat, & ventri serviebat. Quum igitur olla

quon-

datum docet, tanquam præstantissimum omnium Poetam, ab Antiphane Diserto immo IV. p. 146. probat Carmen illud esse Phil. Cytherii, siquidem ejus meminerit etiam Plato Comicus, non autem Phil. Leucadii. Sic enim vertendus ille locus, quem non intellexit Interpres. Quartus Athenæo est Philoxenus, Parasitus festivissimus, cognominatus παρασύριπτος, de quo satis multa legas illius libro VI. Suidas vero hunc Parasitum ait fuisse Philoxenum Leucadii, & ei tribuit, quæ Athenæus lib. I. de Philoxeno Cytherio refert. Philoxenum autem Cytherium ille vocat Filium Euletide, & mortuum ait Epkefisi. Philoxenum Eryxidis nominat Plutarchus Sympo. IV. 4. ut amatorem maximum obsoniorum, immo in libello, An recte dictum sit, Δαστι βιώσαι, ait Philoxenum hunc solitum in cibos insipuere, ut alii iis abstinerent. Porro jam Philoxenum Poetam tradit in Latomias à Dionysio majore conjectum in lib. de Bono animo. Idem testantur Diodorus Siculus lib. XV. Cicero ad Attic. IV. 6. Diogenes Laert. in Arcefilao, Athenæus lib. I. Schol. Aristoph. ad Platum pag. 32. Suidas, & Noster denique XII. 44. Cytherium eum cognominant Diodorus, Athenæus, Suidas. Evasisse eum ajunt ex Latomiis, Diodorus, Suidas, & Schol. Aristoph. At Noster & Athenæus in iis composuisse Cyclopedem, quo designaverit Dionysium. Sed & Diodorus eum, ut Hominem festive Severum in Vino, vel potius contumacem, depingit, qui in carcerem fuerit conjectus, quia probare noluerat carmina Dionysii, ac in carcerem reduci se jussit, ne laudaret illorum ineptiarum, cui similia tradunt Cicero & Suidas. Athenæus vero & Schol. Arist. in Latomias conjectum tradunt, quia Amicam Dio-

## LIB. X. CAP. IX.

659

τε ἐφομένης ἐν καπηλείᾳ, οὐ τέως μέν εὐφράνετο, καὶ ἔαυτὸν εἰσία τῇ δομῇ. Επεὶ δὲ ἀντῷ ἐπετείνετο ἡ ὄρεξις, καὶ ὑπάτῳ τῆς Φύσεως, τὸ κακὸν ἐν σύσησι, ὡς Θεοί, τηγκάντα οὐκ ἐργάνων, προσέταξε τὸν παῖδα πρίαδαι τὴν λοπάδα. Επεὶ δὲ ἔφατο παῖδεις αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ, ταῦτη μᾶλλον ἴδιων ἐγένετο, Φησίν, εἰ πλείονος ἀνίστρου. Χρήδε καὶ τῶν τοιούτων μυημονέων, οὐκ εἰς Σῦλον αὐτῶν, ἀλλ' ὡς τε Φεύγειν αὐτὰ.

Dionysii Galateam corruerit. Errant autem, ut hoc obiter moneam, Interpretes Pausanias, & ex iis Vossius de Poetis, qui scribit eum Dionysio juniori familiarēm fuisse, ut Pausanias in Atticis ait. Pausanias tradit jam olim plerosque Reges aut Tyrannos multum usos Poetis, sic Polycratem Anacreonte, Hieronem Syracusanum Ἀσchylo & Simonide, Διανοστῷ δὲ (pergit) ἐν ὑπεροντεύσιν εἰς Σικελία, Philoxenos πατέριν, Vertitur simpliciter, Dionysio posteriori Philoxenus, sc. familiaris fuit. At vero hic Dionysius ὑπεροντεύσιν dicitur, non respectu Majoris Dionysii, sed Hieronis. Res est certissima, & diserte Plutarchus ac Diodorus hunc Dionysium Majorem dicunt. Sed & extra dubium alias ab illo Cytherio, lascivo & plane luxurioso Dithyramborum Poeta, fuit Philoxenus οὐ μελομός, Melicorum carminum conditor, qui, quum in Coloniam quandam Siculam adscitus, haberet istic prædium, victimum, & domum copiosam, sed deprehenderet luxuriam & molliitatem in ea grassantem, maluit omnia relinquere & discedere, ut refert Plutarchus de Vitando Aere alieno. Fuerint ergo duo Philoxeni Poetae, Cytherius ille Dithyrambicus, & Melicus iste Vossianus Poetis addendus, duo item helluones, Poetarum alter, quem & Philoxenum Leucadii crediderim, & Phyloxenus Eryxidis, qui forsitan ab Auctore hic intelligitur, & qui Anaxagoræ fuit discipulus, atque adeo æqualis Pericli, ut traditur apud Athenæum lib. V. cap. ult. Fuit &

quondam coqueretur in cauponā, primum quidem deletabatur, & se ipsum nidore pascebatur. Quum vero magis magisque ei appetitus intenderetur, & ipse à natura superaretur, nequissima fane, οἱ Διοί, tum vero non amplius eam ferens, jussit puerum ollam emere. Qui quum diceret, caponem eam magno precio vendere, hoc suavior, inquit, erit, si pluris eam emero. Oportet autem etiam talia memorare, non ad imitationem eorum, sed ut ea fugiamus.

Philoxenus Siphnus ex insula juxta Cretam, qui & Υπεροντός fuit dictus. Unde σφαλέων dicebantur, qui μίλεοι μετέγραψον utebantur, teste Polluce lib. IV. cap. 9. PERIZ.

2 Εἰ καπτλέα ] Mediceus εἰ καπτλη, in macello.

3 Τίος μὴ εὐφράνετο] MSS. B. & C. τίος μὴ οὐ εὐφράνετο, deest aliquid. forte τίος εὐφράνετο. SCHEFF.

4 Καζῆς ἢ ἔπος] Lege δὲ ἔπος. FABER.

5 Ταῦτη μάλλον ἴδιων ] De his Seneca Consolat. ad Helviam cap. 9. O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur, pretiosos autem non eximiū sapor, aut aliqua fancium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Vide quæ notavi ad Pacatum cap. 14. SCHEFF. Lampridius in Heliodab. amabat sibi pretia majora dici earum rerum, quæ mensæ parabantur, orexin convivio banc esse afferens. ubi Casaub. vide & ade Nostrum lib. XI. Hist. Anim. Ubi de juvene quodam prodigo inquit: δει γε τῇ γαστὶ ἵστεται καὶ εἰ μετόποιοι αἴτιοι οἱ ἀστοι τοῦ τατικοῦ τοῦ τροφῆς, καὶ τὸ σὺν κυδώνῃ περιθέτον πάλλεται τρόπον βελτενεῖται καὶ λατιμεγεῖται πατεροῦ, καὶ δει γε τὸν πατέρα τοῦ πατέρος εἰς πάτερον. omnia enim ventri donabat & quacunque occasione prodigus ille, cibos varios & cum periculo conquistatos multoque parabiles are in lucro deputabat, & viatico voluptatis, moribus abominandis & nimia inguvie eō proiectus. Donatus ad illa Terentii,

Ooo o o

Hæc

*Hec, cum rationem in eas, quam sint sua-  
via & quam cara sint &c.*

**Non nihil**, inquit, *philosophatus est Poëta, ostendendo multis suavia esse. que cara sunt.* KUHN.

6 Ει πλέονος ἀνήσκημ] MSS. B. & C. una  
voce auctius, αὐτὴν ἀνήσκημ. SCHEFF.

K E Φ. 1.

C A P. X.

Περὶ τῆς παλαιῶν Σωγόνων.

*De vetustis pictoribus.*

<sup>3</sup> Οτε ὑπῆρχετο ἡ γεωφυκὴ τέχνη,  
καὶ ἦν τρίσιον τινὰ <sup>2</sup> ἐν γά-  
λαξι καὶ ἐν σωμαργάνοις, οὐτως δέῃ  
<sup>3</sup> ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ξῶα, <sup>4</sup> ὥτε  
ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, του-  
τοῦ Βους, ἐκεῖνο Ιππόθυ, τοῦτο Δένδρον.

I οπικήσεως &c.] Plinius apparere ait, *Iliacis temporibus picturam nondum fuisse*, licet in Italia superessent tabulae, quæ jam ante Romam conditam istic fuerant pictæ. Vide Eum lib. xxxv. 3. Nec obstat illi, ut putat Vossius de *Graphice* §. 4. quod statuaria utique fuerit antiquior, & ab ipso Daedalo jam exculta, quum sine dubio hæc simplicior, & in quovis ligno exercita, longe prius fuerit inventa, & in communem usum inducta, quam illa. Nullum tamen dubium est, quin ante, quam aliquo esset in usu, sæpe extiterit quis, qui atro colore aliquid notaverit in albo, & quoquo modo posset, expresserit, seu per ludum jocumque, sive ut figuram quandam alteri declararet. Sed talium ratio haberi non debet, quando quæritur tempus, quo cœperit existere Ars quæpiam, ut facit d. I. Plinius. Nam quicquid illius antea forte factum fuerat, non Artis erat, sed Naturæ, Arti præludentis. Mox Sluisk. εἰ γάρ τοι ἡ μηχανὴ, omisso posteriore φάσιν ipsam Vide & supra VIII. 8. ubi itidem de initiis picturæ agitur. PERIZ.

2. Εἰ γάλαξ] Ex Euripide, qui in *Hercule furente*, Junonem ait immississe angues Herculei τὸν εἰς γάλακτον, adhuc maternis inhabitan-

**Ei πλέονος ἀντορει]** Quod ex MSS. B. & C. notat Schefferus, legere eos, εἰ πλέονος αὐτῷ ἀντορει, id ipsum etiam in Lugd. reperi. Sed nihil indiger locus hoc augmendo. PERIZ. Juvenalis Sat. XI. 16.

--- *Magis illa juvant, quæ pluris emuntur.*

*num. Sic pictores rudi adhuc seculo, & cum nondum magna ista ars ad tantam excellētiā pervenisset, picturis subscribebant, hic homo! hic asinus! de primis picturæ rudimentis videatur Athenagoræ *Legatio pro Christianis* p. m. 19. KUHN.*

K E Φ. - 1α'.

C A P. XI.

Περὶ Διογένεως ἀλγοῦντο τὸν  
ῷμον.

*De Diogene laborante ex humero.*

**H**λγει τὸν ἄμον Διογένης, ἡ τρω-  
στὶς, οἵας, ἡ ἐξ ἀλλης τιὸς  
αἰτίας. Εἶπεν δὲ ἐδόκει σφόδρα ἀλ-  
γεῖν, τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κα-  
τεκρτόμει, λέγων, τί θν οὐκ ἀπο-  
θύνοκεις, ὁ Διόγενες, καὶ σεκυτὸν ἀ-  
παλλάσσεις κακῶν; Οὐ δέ εἶπε·  
Τοὺς εἰδότας ἂν δεῖ περιέττειν ἐν  
τῷ βίῳ, καὶ ἂν δεῖ λέγειν, τούτους  
γε ζῆν προσήκει, ὃν καὶ αὐτὸς ὀμο-  
λόγει εἶναι. Σοὶ μὲν οὖν, ἔφη, οὐκ  
εἰδότι τὰ τε λεκτέα καὶ τὰ πρα-  
κτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐγίν. ἐμὲ  
δέ τὸν ἐπισήμονα ἔκείγων πρέπει  
ζῆν.

KEΦ

*ti uberibus, vel tenero & lactenti. Nicéphorus lib. vi. ἡ τέτο βασικνία ή, ὡς εἰπεῖν,  
ἐπι πηρετόντι τὴν καρδίην γάλαξην. sed hac erat  
invidia adhuc in cunis latitans, uberibusque  
inbiens, i. e. recens nata & nondum adulta.  
confer supra lib. viii. cap. 8. KUHN.*

**3 Απόχως**] Ut primam picturam etiam Plinius fuisse refert lib. xxxv. cap. 3. solebant nempe umbram hominis aut bestiarum lineis tantum circumducere, atque sic ex modo ejus corporum imagines describere. SCHEFF.

4 Ως τιναγεφεν αὐτοῖς] Plinius dicto loco.  
Primi exercere picturam Ardices Corinthius  
& Thelephanes Sicyonius, sine ullo colore. Jam  
tamen spargentes lineas intus. Ideo & quos  
pingerent, ascribere institutum. SCHEFF. Lu-  
sus in Priapum.

*Insuffissima quid puella rides?  
Non me Praxiteles Scopasve fecit:  
Nec sum Pheidiacā manu politus:  
Sed lignum rude willicus dolavit:  
Et dixit mihi Tū Priapus éffo!*

*ubi Frid. Lindenbruch. Indicat ita impolite fabricatum fuisse, ut necessum habuerit dicere, Tu Priapus es! alioquin in ea causa fuisse, ut ignoraretur, Priapus ne esset, an putre & inutile lignum.*

præfero. ἀχθόμενος enim hic absolute possum videtur, ut lib. XIII. cap. 26. τὸν δὲ ἀδιόγενες, φησιν, ἀχθόν; & Herodian. lib. VIII. cap. I. οὐ δὲ συρτὸς ἄχθετο. & κατακερέμει, a quo verbo regitur pronomen, cum quarto casu construi docet Suidas. Κατακερέμειν. αἰκατικῆς.

00003

ΚΕΦ. 6.

Αρχύτου ἀσόφθευμα περὶ ἀνθρώπων.

**Α**ρχύτας ἔλεγεν· Ωσπέρ ἔργον  
εἰς τὸν εὐρεῖν ἵχθυν, ἄκαθαν  
μὴ ἔχοντα, οὗτοι καὶ ἀνθρώποι,  
μὴ κεκτημένοι τι δολερὸν καὶ ἀ-  
κανθῶδες.

CAP.

C A P. XII.

Archytæ apophthegma de homi-  
nibus.

**A**rchytas dicebat: quemadmo-  
dum difficile est pescem, spi-  
nas non habentem, invenire, sic  
& hominem, qui non dolosum &  
malignum quid habeat.

ΚΕΦ.

**1** [Αρχύτης] Dictum hoc ad Democritum refert Plutarchus *Symp. II.* SCHEFF. De-  
mocriti dictum apud Plutarchum toto cælo  
distat ab eo, quod Noster Archytæ asserit.  
Nam *I. c. q. decimæ* ita scribit: ἐπειδὴ δὲ ζέτον  
πεπονθίνει πάθος Αγίαν, εἰ τὸν τὸν μερίδα  
λαρκάνων, δυσηδαιμονίας, γαστρὸς φορᾶς πληκτότη-  
ς καὶ αὐτὸς εἶναι τὸ ἀδηφαγεῖον χωρίστων. εἰ γὰρ  
ἔντονος ἵχθυν ἀκαθαντὸν ἔντονον, οὐ φονή Δημόκριτος.  
Nil mirum accidisse Hagiæ, quod  
quam portionem cibi accipiens molestè id ferat, cum tantum ventrem circumferat. nam  
ipsum quoque esse in eorum numero, qui voracitate gaudent. Ut enim Democritus in-  
quit, in communī pescē spina non sunt. In-  
nuvit Democritus, cum pescis non in æquas  
portiones divisus convivis apponitur, sed  
integer communisque omnibus in mensa  
quasi prostat, tum sœpe fieri κεραῖς ἄμιλλαν καὶ  
σόματος, oris manuumque inter edendum cer-

tamen, convivasque se avidius implere pescē  
illo communi, ac si nullam spinam, quæ  
esitantes moretur, secum habeat. Notatur  
itaque hoc dicto manduconum ἀρπαγῶν &  
aviditas, cum in mensa de communī dividun-  
do certamen cernitur. quæ Hadrian. Junius  
Cent. VIII. *Adag.* 75. de hoc Democriti  
verbo habet, nec cælum tangere videntur  
nec terram. Cæterum ut pescem Archytas  
non sine spina esse dixit, nec hominem sine  
vitii alicuius labo: ita Simonides eodem sen-  
su, πεπονθίνει, inquit, κορυδαλῆσις καὶ λόφοι πυρ-  
νιδια. Galeritam non fas est nasci sine crista.  
Plutarch. in ποτ. αὐτ. τοῦ ἵχθυος ἀφελοῖτο.  
KUHN.

**2** [Αρχιλῶδες] Verti, *Malignum*. Maligni  
enim sunt, qui lubenter alios pungunt, aut  
aliis nocent, quod proprio illo vocabulo hic  
designatur. PERIZ.

LIB. X. CAP. XIII.

663

ΚΕΦ. 7.

Οτι Αρχίλοχος εαυτοῦ κατη-  
γόρει.

Quod Archilochus se ipsum redar-  
guerit.

**Α**ιτιάτου <sup>1</sup> Κειτίας <sup>2</sup> Αρχίλοχου,  
οτι εαυτοῦ κάκιτα εαυτὸν εἴπεν. Ει-  
γάδε μή, Φησιν, ἐπειν <sup>3</sup> τοικύτην δο-  
ξαν ὑπὲρ εαυτοῦ εἰς τοὺς Ελλήνας  
εἴσηγεν, οὐκ ἀν ἐπυθόμενα ήμεις,  
οὐτε οτι Ενιπότος νιὸς ἢ τῆς δουλην·  
οὐθε οτι <sup>4</sup> καταλιπὼν Πάρον διὰ πε-  
νίαν καὶ ἀποστατα, ηλίθεν εἰς Θάσον·  
οὐθε

**C**ritias reprehendit Archilochum;  
quod ipse de se pessime sit lo-  
quutus. Nisi enim, inquit, ipse de se  
talem famam in Græcos extulisset,  
nunquam utique nos scivissemus, ne-  
que eum Enipūs servæ filium fuisse:  
neque, relicta Paro propter pauper-  
tatem rerumque penuriam, in Tha-  
sum

[**1** Κειτίας] Celebris est Scriptor, qui à  
Polluce citatur quam sepissime. Meminit  
& Noster iterum Eius, cap. 17. Scripsit de  
Rebus publicis. Certe ejus *Remp. Lace-  
dem.* laudat Athenæus lib. xi. cap. 3. & 10.  
Ad hanc etiam illius *Remp.* seu Librum re-  
ferro fragmentum, quod Clemens Alex. *Stro-  
mat.* vi. p. 620. ex Eo profert, quasi ex  
Euripide expressum, quum plane conveniat  
iis, quæ Xenophon quoque, in *Rep. Lac-  
ced. in initio*, memoriae prodidit de cura Ly-  
curgi in matres & feminas, ut tanto robu-  
stiores parerent liberos. PERIZ.

[**2** Αρχιλῶδες] Archilochus lyricus poëta vi-  
tam suam metro, ut ex fragmendo hic lau-  
dando appetet, elegiaco conscripsit & dicen-  
da tacenda de se ipso posteris tradidit. Sy-  
nesius de *Insomniis* p. 156. ait, εἴναι πατέρας οἱ  
δινάρται λήγειν τοῦ ἱχθύος, οἱ, οἱ δέ λήγειν διο-  
χολάνειν εαυτῶν, οἵτε Αλκαῖος τε καὶ Αρχιλο-  
χος, οἱ δεδαπανήσαν τὸν δισούλαν εἰς οἰκεῖαν βίον  
ειπάτει. οἱ Τείνιοι οἱ Αρχιλοχοί τοῦ χρόνου τηρεῖν τὸν μνή-  
μονον, οἵτε ηλυπονοι, οἵτε ηδηπονοι, εἶσεν κονδιάνη, οἴνην,  
οἴνην, οἴνην, τέττα μᾶλλον διερήμετα τὰς αθεράντες,  
οἱ πρῶτοι αὐτὸν φύγειν, in contrariam partem

se vertit, ad reprehendendum, videntes, ut opini-  
nor, eo magis indigere homines, οἱ primo qui-  
dem ad se ipsum reprehendendum. Addens,  
ideo οἱ πυρίσιν τοχεῖν μαρτυρεῖσας οὐδὲ τοῦ Δαιμο-  
νίου, maximum accepisse testimonium à Deo,  
fēu

οὐθὲ ὅτι ἐλθὼν, τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς  
ἐγένετο· οὐδὲ μὴν ὅτι ὁμοίως τοὺς  
Φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακάς ἔλε-  
γε. Πρὸς δὲ τούτοις (ἢ δ' οὐ;) οὐτε  
ὅτι μοιχὸς ἦν, ἡδεμενὸν δὲ, εἰ μὲν  
παρὰ ἀυτοῦ μαθόντες· οὐτε ὅτι λέ-  
γοντες καὶ θεωρήσαντες· καὶ τὸ ἔτις τού-  
τον αἰχνήτον, ὅτι ἡ τὴν ἀσπίδα ἀ-  
πέβαλεν. Οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν δέ  
Αφ-

seu Oraculo. PERIZ.

4 Καταλιπών πάτερ &c.] Immo vero ἑρά-  
γης πατεῖται, duxit Pariorum coloniam, in  
Thasum, vel potius, quum pater ejus oracu-  
lum accepisset, ut nunciatet Pariis, Urbem  
esse condendam in insula Aeria, Archilochus  
docuit Parios, insulam Thason esse Aeriam,  
vel olim sic fuisse appellatam. Vide Euse-  
bium *Prepar. Euang.* vi. 7. qui locus de-  
buit etiam conferri, ut fecisse video Holstei-  
nium, cum Stephano in *voce Θάσος*, ubi Pi-  
neno, deceptus corrupto adhuc loco, existi-  
mat, Teleficlea, cui Oraculum fuit datum,  
fuisse Archilochi Filium. Sed recte ex MSS.  
emendarunt Stephanum Holstenius & Berke-  
lius, inferendo πατεῖται, ut legatur, χρονικῶς,  
τῷ διάτερος τῷ πατεῖται τῷ Αρχιλόχου, Ορακοῦ,  
quod datum est Patri Archilochi. Ipse tamen  
Berkelius istic gravissime etiam errat, quan-  
do putat Parios ex hoc Oraculo, quod Ar-  
chilochus ait datum, misisse eo hos colonos  
aliquanto post tempora Darii Hystraspis,  
quum Archilochus non Dario tantum, sed  
& Cyro, fuerit longe antiquior, quippe qui  
vixit tempore Gygis, ut Herodotus, vel ut  
Cicero, Romuli. *Thasus autem condita di-  
citur Olympiade xv. vel xvi.* Vide Clement.  
Alexandr. lib. i. *Strom.* pag. 333. Ceterum  
in Æliano illa Archilochi migratio accipien-  
da ergo est, non ita, ac si folus eam fece-  
rit, sed ut particeps coloniæ, quam ipse sua-  
fit, cuius suadenda causa in ipso fuit, ut  
ex Nostro jam discimus, Paupertas. Quapropter etiam Eusebium putem, nimis mag-  
nifice de Archiloco locutum, quando eum  
ait, ξεναγῆσαι τὰς πατεῖται, duxisse Parios in  
iſbam coloniam, quum fuerit inter eos priva-

sum venisse: neque etiam quod, eo  
quum venisset hominum istius loci  
inimicus evaserit: neque vero quod  
æqualiter tam amicis quam inimicis  
mâle dixerit. Ad hæc, dicebat ille,  
neque eum adulterum fuisse scivisse-  
mus, nisi ab eo didicissemus: neque  
libidinosum, neque lascivum: neque  
(quod est etiam illorum *omnium tur-  
pissi-*

tus

5 τέταρτον αἰχνήσον] Nam hi tales infames ha-  
biti, ut discimus ex Isocratis *oratione de Pace*. Et testimonio Pollucis, quod ex lib.  
vi. cap. 36. quibus addas *Æschinem adver-  
sus Timarchum*. Nec apud Græcos tantum,  
verum etiam Romanos, quod non uno loco  
decent auctores. Idem in Germanis etiam  
obtinuit. Tacitus lib. de ipsorum moribus cap.  
6. *Sicutum reliquise præcipuum flagitium,*  
*nec aut sacris adesse, aut concilium inire ig-  
nominiſo fas.* *Multique superstites illorum,*  
*infamiam laqueo finierunt.* SCHEFF. Quam  
pudendum apud Græcos fuerit vocari πατεῖ-  
ται, nemini paulo humaniori ignotum. Un-  
de Epaminondas jam moribundus à circum-  
stantibus requisivit, *num cadenti sibi scutum*  
*ademissit hostis.* Justinus lib. vi. cap. 8. Pla-  
tonem vide lib. xii. *de Legibus.* ubi plura  
de πάτεροι τῇ πατεῖται, & distinctione inter πά-  
τεροι & ἀπεριτά τῇ πατεῖται. KUHN.

6 τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν] Versus, quibus id  
de se prodidit ipse Archilochus, recitat Sextus  
Empyr. *Pyrrhon. Hypot.* iii. 24. Strabo  
lib. xii. pag. 749. & Aristophanes in *Pace*  
pag. 749. Accidit id autem in pugna contra  
Saios, populum Thracie. Nihilo tamen  
minus jaftat idem Archilochus strenuum se  
Martis cultorem æque ac Poetam fuisse,  
apud

Αρχιλόχῳ τι μάρτυς ἐστι, τοιοῦ-  
τον κλέψῃ ἀπολιτῶν, καὶ τοιαύτην  
ἐστι φήμη. Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγω  
Αρχιλόχου αἰτιᾶμεν, ἀλλὰ Κρι-  
τίας.

ΚΕΦ.

apud Athenæum xiv. 6.

Εἰμὶ δὲ ἡγαντίστατος πόλις Εὐαλίσιος Αράχ-  
ητός,  
καὶ Μεσίτης ἐργατὸς δῆμος ἐπισάρδιος.

Sum vero Ego famulus quidem Enyaliæ Re-  
gis, Et amabile Musarum donum sciens. Sed  
& in bello periit. Vide Plutarch. de Sera  
Numinis Vindicta, Euseb. *Præp. Euang.* v.  
33. & Suidam. Quod autem turpissimum  
fuerit, scutum abjecisse, res notissima est, &  
satis etiam hic expoita à Scheffero & Kuh-  
nio. Unum Ego addam, quia ad ipsum per-  
tinet Archilochum. Nempe eum, quum  
Lacedæmona venisset, jussum statim rursus  
abire, quia intellexerant Lacones, eum illis  
versibus, quos refert Aristophanes & Stra-  
bo, dixisse rem pessimi, ut arbitrabantur,  
exempli, melius esse abjicere scutum, quam  
morti. Vide Plutarchum in *Laconicis Inſi-  
tutis.* PERIZ.

7 Μάρτιος ιαυτῷ] Extant versus apud Ari-  
stophanem in *Pace* hisce verbis

Ασπίδος πόλις Σαΐνω τις ἀγάλαστην, τῷ δὲ  
θάμνῳ  
Εντὸς ἀμάρμητος κάλλιστην σὸν θήλων.

Scholia festes ad hunc locum ita notat: : Αρχι-  
λόχος ἐγένετο εἰς πόλιμον ἐν τῇ πατεῖται Σαΐνω μάχῃ,  
ἥτις δὲ θεός Θεράπων καὶ φοενθεός θρυηρός, πλήν τοι  
τοῦ θαλαττοῦ. Est & aliud Hemisticheion ejusdem  
Poëtae apud Plutarchum ad hunc modum,  
PERIZ.

Ψυχλῷ δὲ ἑξακοσίᾳ φυγαῖ, ἀλλ' ἀστερίς ἐκένη

pissimum) scutum abjecisse eum. Ne-  
quaquam igitur bonus sibi ipsi testis  
exstitit Archilochus, qui tale de-  
cus, talemque famam, sibi reliquit.  
Hoc nomine non ego Archilochum  
accuso, sed Critias.

CAP.

Ἐρίτω, ἵνα αὖθις κτίσομεν τὴν γαίαν.  
SCHEFF. Posterior distichon (non hemisticheion)  
cohæret cum præcedenti, ut docet Aristophanes  
l. c. dum statim primo subjungit disti-  
cho, Ψυχλῷ δὲ ἑξακοσίᾳ &c. Versionem utrius-  
que loci qualemcumque apponere libet;

Seus ovat clypeo, qui post fruteta relictus  
Excidit invita, Marte premente, manu,  
Dum fugiens animam servo: sed, ô iuste,  
valeto!  
Non minor amissō mox mihi erit cly-  
peus.

vide Plutarchum *circa finem Apopthegm. La-  
con.* ubi tradit Archilochum propter hæc di-  
sticha Sparta esse ejectum, eadem, quæ  
advenereat horā, defectus in altero di-  
sticho ibidem facile suppleri potest ex Ari-  
stophane, & alio Plutarchi loco. adi & Saris-  
buriens. *Polycrat.* lib. viii. cap. 2. Cæte-  
rum in primo versu pro τῷ πάτερι legitur λόγος apud  
Strabonem lib. x. pag. 315. KUHN.

8 Οὐκ ἡγαντίστατος πόλις Σαΐνω τις ἀγάλαστην, τῷ δὲ  
θάμνῳ  
Εντὸς ἀμάρμητος κάλλιστην σὸν θήλων.

Archilochus Veteribus fuit  
laudatissimus Poeta, seu, ut ait Valer. Max.  
vi. 3. *Maximus, aut certe Summo proximus.*  
Atque ideo etiam Apollo oraculis suis eum  
ornavit. Vide Eusebium v. 33. Hæc caufa  
est, quare ita sollicite Auctor ab se amolia-  
tur speciem accusandi Archilochi, quem,  
tanquam Sophista, faveat Poetis Græcis. Sic  
*supra ix. 4.* magno studio defendit Anacreontis  
continentiam, minus profecto certam.  
PERIZ.

Pp pp

K E Φ. 15.

C A P. XIV

Περὶ ἀγγίας.

Σωκράτης ἔλεγεν, ὅτι οὐδὲ οὐδὲ  
γία ἀδέλφη = τῆς Ελευθερίας  
εῖται, καὶ μαρτύριον ἔλεγεν, ἀν-  
δρευτάτους καὶ ἐλευθεριατάτους Ιν-  
δοὺς καὶ Πέρσας, ἀμφοτέρους δὲ  
τὸ πρὸς + χρυματισμὸν + ἀργο-  
τά-

I H Ägyptia &c.] Sunt illæ æqualiter inter se veluti forores. Nam sicut otium sequitur libertatem, & est cum libertate conjunctum: sic libertas vicissim sequitur otium, seu ori- tur saepe ex otio. Unde Aristot. Polit. v. II. inter alia etiam hoc, *cives ad paupertatem redigere*, Tyrannicum esse ait, ὅπως, ταῦτα τοιαῦτα ἡγέρη ὄντες, ἀχροί τῶν ἐπισκοπῶν, ut quotidiano viatu quarendo occupatis, otium non sit ad infidias tyrannidi fruendas. Hinc ergo Ananias Rex Ägypti legem tulit, ut quisque apud Præsidem suæ regionis declara-ret, unde viveret. Vide Herodot. II. 177. De Pisistrato vide similia apud Nostrum IX. 25. Adde & quæ notayi ad IV. I. PERIZ.

<sup>2</sup> Τῆς ἐλευθερίας ] Res pessime Cicero videtur, quando ait *l. 11. de Or. cap. 6.* *Liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit.* KUHN.

3 Πέρις χημαντομῷ ] πρὸς χημαντομῷ ,  
quod male acceptum Interpreti, hunc parit sensum , quod scilicet, si Indorum Persarumque vestimenta, ad talos defluentia & laxa respicias, statim inde possis intelligere, otio, non labori eos esse redditos. Qui enim opus faciunt succincta & breviori veste tegi amant. Ceterum eosdem cum Socrate testes Heraclides Ponticus advocavit, molliorem vitam libertatis fororem germanam esse probaturus, libro de Voluptatibus. ἄπειρον, inquit, οἱ τῶν ὑδρίων λιμνῖται καὶ τευφᾶν φεγγούμενοι, μεγάλοψυχοι καὶ μεγαλοστεπῆς εἰναι, οἱ Πέρσαι καὶ Μῆδοι. μάλιστα γὰρ τὸ ἀλλοι αὐτοὶ πάσαι τὸν ὑδρίων ἔτος καὶ τὸ τευφᾶν

Socrates dicebat, sororem Liber-  
tatis esse Ociūm, & argumentum  
hujus rei dicebat, fortissimos esse &  
libertatis studiosissimos Indos &  
Persas, qui utrique, si spectes ex-  
teriorē speciem, segnissimi ef-  
fent;

Τελεστοί ἀνθρώποις καὶ μεγαλοψυχόποις τῷ βασιλέως  
ὄντες· τοι γάρ τὸ μὲν πόδες καὶ τὸ τρυφῆς ἐλευθε-  
ρῶν, ἀντοι γάρ τοι τύχης καὶ αὐτῆς· τὸ δὲ πονεῖ-  
δέλων καὶ ζεπενῶν· διότι καὶ οὐσιώσανται τὰς τύχας,  
omnes, qui voluptatem & delicias sibi deligunt  
colendas, magno sunt animo & splendide se  
gerunt, ut Persæ & Medi; præ aliis enim  
gentibus deliciantur illi, cum inter Barbaros  
& fortitudine & animi magnitudine longè  
emineant. Nam studium voluptatum & deli-  
ciarum liberos homines addebet, quia animum  
relaxat augetque, laborare autem servile est  
& abjectæ conditionis: ideoque servi etiam  
animos gerunt fractos humilesque. Lacedæ-  
monii etiam laborem servis, otium liberis  
competere crediderunt. Cum igitur Laco-  
quidam (Plutarchus in *Apophtheg.* *Lacon.*  
*Herondam* eum vocat) Athenis otii aliquem  
iudicio damnatum audiret, voluit sibi ostend-  
di hominem, qui liberali criminis notatus  
esset. Plut. in *Lycugo*. Josephus lib. II.  
contra Apion. οἱ μέντοι μήτε γῆν ἐγκαθέδρου, μή-  
τε φεδρεῖς περιχαστές, ἀλλὰ πάσοις ἐργασίαις ἀφί-  
τοι λιπούσιτε καὶ τὰ σώματα τοὺς κάλλος ἀσκήσατε,  
τοι δὲ πάλιν δῆμον, ἀλλοι ἰστρέστες τοὺς ἀποτε-  
λέας καὶ βίσις χερμανοι, καὶ τροφὴν ἐποίειν τῷ φραγμα-  
τορεσ, qui quidem (Spartani) nec agros co-  
lentes, nec artibus intenti manuariis, sed ab  
omni opere eximii, oleoquo nitidi & corpora,  
ut succi plena essent. exercentes, in urbe vic-  
titabant, aliorum ministerio ad omnia vita ne-  
cessaria usi, & cibum ab iis paratum sumen-  
tes. KUHN.

Πρὸς χυματομόν] h. e. *exteriori habitu* εἰ  
spec.

De ocio.

τάτους εἶναι. Φρύγας δὲ καὶ τὸ Λυ-  
δοῦς ἐργαστικῶν, δουλεύειν δέ.

sent: Phryges vero & Lydos ad opus faciendum aptissimos esse, sed servire.

*specie.* Sic Anton. Lib. Fab. 13. *ad eis* *omnibus* *annis* *q̄d*, *quod ad faciem, ipso aspectu.* Ni-  
hil ergo hic mutandum, *quod facere vo-*  
*luit* *Gesnerus, legendo* *xenophorū.* *PERIZ.*

4 Apyonites] Idem in Germanis notat Tacitus cap. 15. lib. de ipsorum moribus: *Quoties, inquit, bella non inuenit, multum venabibus, plus per otium transfigunt, dediti somno ciboque. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus & penatum & agrorum cura foeminis senibusque & infir-*

*missimo cuique ex familia, quam ipsi habent: mira diversitate nature, cum iidem homines sic ament inertiam & oderint quietem. De Thracibus Herodotus lib. v. otiosum esse, pro honestissimo habetur, agricolatorem vero, pro contemptissimo.* SCHEFF.

*s. August.] Crediderim ergo, Cyrum ad-  
missee iis potius ludos, & imposuisse labores,  
contra quam scribit Justinus 1. 7. & Alii.  
Lugd. Codex per compendium videtur scrip-  
sse ~~leges inimicorum~~. PERIZ.*

K E Φ. 18'

## C A P. X V.

Περὶ τῶν μυητευσαμένων τὰς Ἐ Αριστίδης & Λυσανδρί<sup>ο</sup>  
τείδου καὶ Ἐ Λυσάνθρου θυ- filias sibi despon-  
γατέρας. derant.

**T**ὰς <sup>1</sup> Αφιστείδου, <sup>2</sup> Συγατέρας, <sup>3</sup> ἔτι  
ἀυτοῦ φεύγειντο, ἐμνησθεούσι  
οἱ τῶν Ελλήνων δοκοῦντες Διαφέρειν.  
Εξεπον ἡ ἄρα οὐκ εἰς τὸν βίον Αρι-  
στείδου, οὐδὲ ἔθαύμαζον ἀυτοῦ τὴν <sup>3</sup> Δι-  
καιοσύνην· ἐτοίμης γε εἰ ήσαν  
Σηλωταῖ, καὶ μὲν ταῦτα ἐτέμαναν  
τῇ μητερίᾳ. Νῦν ἡ ὁ μὲν ἀσθέανε,  
οἱ δὲ οὐδὲν ἥγοντα εἶγον πρᾶγμα  
κοινὸν πρὸς τὰς κόρας. Αποθανὼν γῳ  
ἐγγύωδη ὁ παῖς Λυσιμάχου, ὅτι πέ-  
ντας ἦν· ὅτες καὶ ἀνέτειλεν ἐκείνους  
τοὺς κακοδαιμόνας ἐνδόξου τε ἀνα  
καὶ σεμνοτάτου <sup>4</sup> γάμου, παρ' ἐμοὶ

Aristidis filias, ipso adhuc super-  
stite, sibi desponderant, qui  
inter Græcos videbantur excellere.  
Neque vero spectabant illi vitam  
Aristidis, neque justitiam ejus ad-  
mitabantur: quoniam, si horum æ-  
muli extitissent, postea etiam  
in sponsione mansissent. Jam vero  
ille quidem excessit è vita, at hi ni-  
hil sibi cum illis puellis conventum  
esse putarunt. Posteaquam enim vi-  
ta defunctus esset filius ille Lysima-  
chi, pauper fuisse cognitus est; quæ  
res etiam infelices illos à splendidis

*[Aeuseide]*] Meminit verbo hujus rei Plutarchus ab initio Arist. Cornel. Neps fine. Teles apud Stobaeum serm. xciv. vide quæ notavi *supra* VI. 7. SCHEFF.

2 Θυσιας] Athenienses justam Aristidis paupertatem majori veneratione profecuti sunt, quam proci. Nam filio Aristidis Ly simacho quotidie duas drachmas è publico de-

χριτῇ. Παραστάσιον δὲ καὶ ἐπὶ & amplissimis, me judice, nuptiis retraxit. Simile traditur etiam de Lysandro. Quum enim inopem esse Eum quoque rescivissent, nuptias recusaverunt.

creverunt, filiasque data dote elocarunt.  
KUHN.

<sup>3 Διηγεούμενον</sup>] Respicit cognomen Aristidis, quod erat Δίκαιος, *Iustus*. Vide & *infra* IV. 16. & Corn. Nepotem in *Eius Vitā*. PERIZ.

<sup>4 Γένος</sup>] Dotem acceperunt dein hæ Virgines à Populo 3000 Drachmarum, ut refert Plutarchus in *Aristide*. Alteram harum, nam duæ fuerunt, ut ex illo Plutarchi loco liquet, Andocides Rhetor clam abduxit, & dono misit Regi Cypiorum, cui dein eam iterum furto abstulit, ut idem Plut. in *Vitis x. Rhetorum* tradit. *Pauportas Aristidis* cla-

rissima fuit, & memorata jam *supra* II. 43. & *infra* XI. 9. IDEM.

<sup>5 Επὶ Λυσάνδρου</sup>] Lugd. Λυσάνδρος. Sed rectius Alii. Intelligitur enim λέγεται. Sic *infra* I. 30. τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῷ Θεῷ. Julian. Orat. I. pag. 44. τὸ πέποντος λέγεται ἐπίλευκος; id quis de Te dicere audeat? Vel forsitan ἐπὶ τῷ χρῆμα, res se habet cum, vel in, Lysandro. Sic ferme Epictetus cap. 40. ἐπὶ σωτῆρος, solus tecum existens. De Filia Lysandri Vide *supra* VI. 3. IDEM.

<sup>6 Επὶ τῇ πίνακι</sup>] Media particula abest ab utroque MS.

## K E F. 15.

Περὶ Αυτιδένους, καὶ Διογένους.

<sup>1 Οἱ δὲ ἄδεις αὐτῷ αεροῖχοι</sup>] Sluisk. *αεροῖχοι*. Utro legas modo, ciccum non interduim. Videntur tamen Viri Docti adhæsse ad hanc Syntaxin. Vidi enim, ad Laertium in *Diogene*, ita allegare quoddam hunc locum, quæ legeretur ac ederetur, *αἱ δὲ ἄδεις αεροῖχοι*. Sed male prorsus. Ufitatum enim est Græcis & Latinis, tali Zeugmate uti, & pro Genitivo partitionis, quasi per Appositionem, eundem adhibere casum, quo dein pars subjecta exprimitur. Sallust. *Catil.* 43. *Cetera multitudo suum quisque negotium exserueretur. Jugurth. 58. At Nostrī, &c. magna pars, vulnerati aut occisi.* Idem *Orat. I.*

## C A P. XVI.

### De Antisthene & Diogene.

Quum Antisthenes multos ad philosophiæ studium cohortaretur, illorum vero nullus ei auscultaret, tandem indignatus, neminem admisit. Quare & Diogenem à suo con-

*ad Cœf. Cetera multitudo, alius alium secuti.* Liv. I. 37. Montes effuso cursu Sabini petebant, & pauci tenuere, maxima pars, in fluorem acti sunt. Sueton. Domit. IO. *Ceteros levissima quemque de causa occidit. Sall. Jug. 66. Vaccenses, fatigati Regis suppliciis, principes civitatis, inter se conjurant. cap. 104. Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti sunt, duo ad Regem redent. Noster supra I. 4. οἱ ἀλόντες, οἱ μόνοι τὸ χρηστὸν θυέσθαι δολέοντες εἰσι, ἀλλὰ καὶ οἱ θαλασσαὶ παιᾶνες εἰσι. V. IO. ὁπλῖτοι οἱ ἀνδρῶντος αὐτοῖς, εἰς Σικελία μετεῖδες, ποιοποιοι. Adde & omnino, quæ notavi ad Sandii Minerviam pag. 532. Vide & *supra**

## L I B. X. C A P. XVI.

669

εῖς αὐτοῦ. Επεὶ δὲ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογένης, καὶ ἐνέκειτο, ἐνταῦθα ἥδη καὶ τῷ βακτυρίᾳ καθίξεδαι ἀυτοῦ ὑπείλει· καὶ ποτε καὶ ἐπαύσει τῆς κεφαλῆς. Οὐ δὲ οὐκ ἀπηλάτητο, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο Φιλοπόνως, ἀκούειν ἀυτοῦ διψῶν, καὶ ἔλεγε, Σὺ μὲν παιεῖς εἰς Ρούλει, ἔγὼ δὲ ὑποδίσκω τὴν κεφαλήν, καὶ οὐκ ἀν οὔτως ἐξεύροις βακτυρίαν σκληρεῖν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν θεριστῶν τῶν σῶν. Οὐ δὲ <sup>3</sup> ὑπερησπάσατο αὐτόν.

*supra* III. I. II. & *infra* XIV. 46. I. PERIZ. Paulo post in utroque Codice legitur, καὶ ποτε ἐπιποτε τῷ κεφαλῆς.

<sup>2 Προστίτην</sup>] Habet hanc historiam etiam Laertius in *vita Diogenis*, quem vide. & D. Hieron. lib. II. *adversus Jovinianum*. SCHEFF. Quem exscribit Sarisburiensis lib. v. *Polycrat. cap. 17*. KUHN.

<sup>3 Ταπεινωδόσαν</sup>] Idem verbum eodem sensu habes etiam XIV. 14. Simplex καπάζομεν notat non tantum salutare in adeundo vel abundando, sed & amare, & liberaliter cum aliquo agere. Sic *infra* XIII. 18. Dionysius

## K E F. 16.

Περὶ τῶν πλούτοις ἀντωνίων ἐκ τῶν κοινῶν.

*De iis, qui ex reipublicæ gubernatione suam rem auxerunt.*

<sup>1 Τείνοντας &c.</sup>] Non ergo exheredatus fuit à Patre, quod plerique tradunt, (Vide & Nostrum II. 12.) sed quod Plutarchus quoque falsum & confitum putat. Sa-

Critias affirmat, Themistoclem, Neoclis filium, antequam remp. ad-

tis autem amplum hoc erat patrimonium proratione istius temporis. Etenim immatri quantum creverunt opes cum publicæ Atheniensium, tum privatæ singulorum post bel-

Pp pp 3

πολιτεύεσθαι, ι τεία τάλαντα ἔχειν, administrare coepisset, trium solum τὴν οὐσίαν τὴν πατράν. Επεὶ δὲ talentorum rem, hæreditatem patrōi κοινῶν προέσθη, εἴτα ἔφυγε, καὶ ἐδημεύθη ἀυτῷ η οὐσία, κατεφωεῖθη ἐκατὸν ταλάντων 3 πλείω οὐσίαν ἔχων. 4 Ομοίως δὲ καὶ Κλέωνα, πρὸ τοῦ παρελθεῖν ἐπὶ τὰ κοινὰ, μηδὲν 5 τῶν οἰκείων ἐλεύθερον εἶ-

ac.

la Persica, æque ac Romanorum post bella maxime Mithridatica. Maximam enim tunc habuerunt Attici occasionem locupletandi se ex Urbibus Asis, & Insulis Ægei maris. Res manifesta est ex diversitate dotium, multarum, &c. Aristidis Filiæ à Populo honestam tunc dotem accepere dimidiū Talenti, nam hoc faciunt tria millia drachmarum, quæ illis data. At tempore Menandri, quem expressit maxime Terentius, privati & plebeji cives dotem jam aliquot talentorum. Chremes ideo apud Terent. Andr. v. 4. 48. singitur promittere decem talenta. Nihil ergo mirum, Themistoclem post victoriā Salaminiam tantas quoque opes, Centrum Talentorum, h. e. 18000 Carolinorum, potuisse sibi comparare, quum dein xx. Talentis Isocrates unam Orationem, immo Demosthenes silentium suum, vendere potuerit, h. e. 36000 Carolinorum, ut notum est. De Opibus Atheniensium maximis Vide Budæum de Aſſe lib. v. & Me infra ad xi. 9. PERIZ.

2 Εγένετο ταλάντων] Et sic Theopompus. Θεοφόρος vero ὁρδούντων φησι γρίθειαν τὸ πλῆθος. Plutarchus in Themist. SCHEFF. Herodotus lib. viii. cap. 12. avaritiam videtur Themistocli impingere, σὺν ἑπτώντο πλεονάσματος inquit, & clam ceteris ducibus pecuniam ab insulanis passim expreſſerat. KUHN.

3 πλέων ἔστω] Irreptis hoc in Schefferi & Kuhnii Editiones. Reponendum est, ut feci, ex pristinis Edd. quod & postulat ratio Grammatica, πλέων. PERIZ.

4 Ομοίως δὲ καὶ Κλέωνα &c.] Sic omnibus literis MSti. Sollicitant tamen hunc locum

Eruditi, & partim corruptum pronunciant, partim conjecturis tentant. Alii exponunt, ut μηδὲ possum accipiant pro καὶ μηδὲ. Malum Ego, quod usitatum est Nostro in initiis Periodi, Nomen hoc proprium, Κλέων, per Ellipsis, quasi pro καὶ Κλέων, accipere istoc modo, ut sensus evadat: Similiter vero etiam de Cleone, seu quod ad Cleonem, scil. loquitur Critias, priusquam ad Remp. accessit, nihil ei rerum familiarium fuisse non obligatum, non oppigneratum, vel nihil fuisse liberale, libero & honesto homine dignum. Sic infra XII. 39. φασι γὰς καὶ Σεμιρρηματικοῖς, ἐπιποτε εἴλε λέοντα &c. μέγα ἡφάσια. h. e. dicunt igitur etiam de Semiramide. Vide & quæ notavi ad II. 13. 10. Si tamen vere virtus quid conceperit hic locus, tum sane legem Κλέων, quando omnia erunt plana & expedita. De ipso Cleone habuimus jam supra II. 9. Floruit tempore Periclis, & periit in Bello Peloponnesiaco. PERIZ.

5 τῶν οἰκείων ἐλάθειον εἶναι] Locus videatur depravatus. GESNER. Lege, μηδὲ τῶν χρεῶν ἐλάθειον &c. quid enim οἰκείων hoc loco? FABER. Ego nihil adhuc statuo. Scio namque apud nostrum esse quædam recedentia à vulgari consuetudine: quid si mutaverit phrasin, & εἶναι posuerit pro ἔχειν per festinationem, ut fit in enotando excependoque? Faber sic emendat μηδὲ τῶν χρεῶν ἐλάθειον εἶναι. frustra. vide Indicem, voce ἐλάθειον. SCHEFF. Locum intelligo ita, ut Cleon nihil domi suæ habuisse dicatur, quod libero homine dignum esset. ἐλάθειον μηδὲ τῶν οἰκείων, synecdochice dictum pro καὶ μηδὲ. Aristophanes quoque in Equitibus passim docet, ὅτι Κλέων τίνεις ἦν τὸ ιητόν πιστόντος, quod Cleon pauper anteā, εἰς publica se collocupletarit. Ap-

pel-

εἶναι. μηδὲ δὲ, 6 πεντήκοντα ταλάντων τὸν οἶκον ἀπέλιστε.

pellat eum πλάνω, καὶ φάρυγγα καὶ χάρυσδιν τὸ αἴστην, publicanum, voraginem, & charydium rapinarum, & iterum,

Κάγυρο τέτοιο (δείκνυμι), ὅπις κανῆς καὶ λίδης. Εἰσθμάνω εἰς τὸ Περιθέαν, εἴπω ταῖς τοῖς σιδηρίαις.

Ipsus ego huncce (accuso), ventre quod planissimo

Venit intro in Prytaneum, dein iterum pleno exiit.

Gronov. de Seſtert. τὸ ἰλάθειον exponit debitis nullis gravatum, creditoribus non obligatum. utrumque salvo Auctoris sensu, coniunctim accipi potest. KUHN.

6 Πεντήκοντα ταλάντων] Sic & Sluisk. At

### Κ Ε Φ. ι<sup>η</sup>.

Περὶ Συρακουσίου Δάφνηδος, καὶ Βουκόλων μελῶν.

Δάφνη τὸν βουκόλον λέγουσιν, οἱ μὲν ἐρώμενοι Ερμοῦ, ἡ ἄλλοι

Daphnin bubulcum alii perhībent in deliciis Mercurio fuisse,

Ι Αλλοὶ δὲ οἵ] Quemadmodum Servius ad Poëta Eclog. II. Daphnis ait filius fuit Mercurii, formosissimus puer, qui primus dicitur pastor fuisse. Et sic Diodor. Sicul. lib. IV. Bibl. At vero Schol. Theocriti ad Idyll. I. ἀλλεὶ Ερμῆς πέλεις δὲ φίλος Δάφνηδος δὲ ερεσίς. De Daphnide adde Parthenium in Epirot. cap. 20. (29.) Fulvium Ursinum ad Virgil. & Joh. Crispin. ad Theocrit. quos laudat Notator Bigotii. SCHEFF. Scholion Theocriti rotunde fabulum compedit in hæc verba. Νύμφης οὖσα δάφνης. ηδὲ Νύμφη ἀπεριφέρεις αὐτὸν Δάφνη τὸν τεῖχον γυναικεῖον οἰκιστιν, Daphnis amabat Nympham. illa vero aversabatur eum, quia cum alia muliere rem habuerat. Nympha ab eodem Scholiaſte dicitur

Ζεύς, in I. Idyll. Junius Philarg. in Virg. Bucol. Lycam vocatam ait. KUHN.

Αλλοὶ δὲ οἵ &c.] Confer Servium ad Virgil. Ecl. V. 20. Daphnis quendam Pastorem, quem mater sua, compressa à Mercurio & entixa, abjecit: hunc Pastores, quia invenerunt inter lauros, Daphnis vocaverunt, quem Pan Musican docuisse dicitur: qui cum venationis & musices peritissimus effet, adamatus à Nympha est, qui (lege cui) etiam jurejurando adstrictrus est, ne cum alia concumberet. Hic dum boves persequitur, ad regiam pervenit, & ob pulchritudinem appetitus, cum Regis Filia consuetudinem miscit. Hoc cum Nympha resciſſet, luminibus eum orbavit. Similia Diodorus Siculus lib. IV. extr. addens ab eo ipso

ἢ οὐνόν. τὸ δὲ ὄνομα ἐκ τῷ συμβάντος φύειν. Γερέδαι μὲν αὐτὸν ἐκ Νύμφης, τεχθέντα δὲ ἐκτεθῆναι ἐν δάφνῃ. Τὰς δὲ ὑπ' αὐτοῦ βουκολούμενας βόους, Φασιν, <sup>2</sup> ἀδελφὰς γεγονέναι τῶν Ηλίου, <sup>3</sup> Ομήρῳ ἐν Οδυσσείᾳ μέμνηται. <sup>3</sup> Βουκολῶν δὲ <sup>4</sup> καὶ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνης, ἡράδην αὐτοῦ Νύμφη μία, καὶ ὀμίλησε καλῷ ὄντι, καὶ νέων, καὶ <sup>5</sup> πρώτῳ ὑπηνήτῃ, <sup>6</sup> ἔνθα τῷ χρόνῳ ή χαειετάτῃ ἐγένηται τῶν καλῶν

se, alii filium: nomen vero ex even-  
tu habuisse. Dicitur enim natus qui-  
dem ex Nympha, sed postquam in  
lucem esset editus, in lauro fuisse ex-  
positus. Boves vero, quae ab eo pa-  
scabantur, ajunt, sorores fuisse  
*Boum* Solis, quarum in Odyssea  
mentionem facit Homerus. Quum  
autem in Sicilia eas pasceret Daph-  
nis, una ex Nymphis eum amare  
cœpit, & cum ipso rem habuit, quum  
venustus esset, & adolescens, ac pri-  
mæ

ipso inventa carmina Bucolica. Mercurium tamen *Daphnidis Amicum* vel *Amatorem* dicit Scholiastes *Theocriti Idyll.* I. 79. Sed & ipse Theocritus aliter narrat fabulam *Daphnidis*, scil. eum amore extabuisse; Unde Schol. ad v. 65. de Poeta ait, μέλλει δὲ ἄδειν, ὅτε τέρπον ὁ Δάφνης, μὴ δυνάμενος φέρειν τὸν τέρπον, Νύμφης ἔρατα, ἀπέλιπε τὸ ζῆν, κα-  
net autem, quomodo *Daphnis*, non ferens amo-  
rem *Nympha*, qua *Xenea* dicebatur, relique-  
rit vitam. Nympha autem hæc eum averfa-  
batur <sup>2</sup> τῷ τέρποντος γυναικαῖς οὐδίλιαν, pro-  
pter amorem aliarum mulierum. PERIZ.

<sup>2</sup> Αδελφὰς γεγονέναι τῷ Ηλίῳ &c.] De his *bubus Solis*, quæ etiam erant in Sicilia, nec pro-  
pagabantur generatione, nec interibant. Vide Homer. *Odyss.* M. 127. &c. ubi Eustathius, quia Homerus dividit has boves in septem ar-  
menta, singula quinquaginta boum, tradit ab Aristotele ista allegorice explicari de diebus Anni Lunaris, qui sunt 350. quæ allegoria magnam sane habet speciem veri, atque ita inane erit, quod hic de *Daphnidis Boum cognatione* cum istis Solis traditur. IDEM.

<sup>3</sup> Βουκολῶν δὲ &c. ὁ Δάφνης ηγένθη αὐτῷ] Ne quem turbet hæc *Constructio*, vide quæ no-  
tavi ad II. II. & Indicem Kuhnianum in *v. Nominativus*. Sed & plane ut hic, ita VII. I. de Semiramide, Αφικοδέν δὲ τῷ Ασυ-  
εινος Βασιλίᾳ, δὲ τὸν τοῦ αὐθέρνατος ηγένθη αὐ-  
τῆς. Et XII. 46. de Dionae. IDEM.

<sup>4</sup> Καὶ τὸν Σικελίαν] Syracusis: unde No-  
stro *Bukolico* *Syngnōtico* lib. x. *Histor. Anim.*

λῶν μειρακίων, ὡς πού Φησι <sup>7</sup> μᾶλανγινος, quo tempore pulchro-  
rum adolescentium pubertas est ve-  
nustissima, ut alicubi dicit etiam Homerus. Pacta autem est, ut ad nullam aliam accederet, & minata insuper, in fatis esse, ut oculis orbaretur, si pactum fuisset transgressus. Atque adeo de his sibi invicem fidem dede-  
runt. Ali quanto autem tempore post,  
quum regis filia deperiret eum, vino  
inebriatus, solvit fidem, & cum  
puella congressus est. Ex eo *Bucolica*  
pri-

*εἰσιλόμενος* ιστον, καὶ τὸν Εαθνὸν εἰς ἄρα κα-  
μεῖσθαι. Ubi Εαθνὸς notat matutino tempore  
illum ea fecisse. Vide alia & plura ad III.  
14. & IX. 8. sic περτός, & Primus, eo-  
dem sensu Græcis & Latinis *Liv.* I. 16.  
*Prima* hodierna luce se mibi obvium dedit.  
Terent. *Adelph.* v. 3. 55. Cum primo lucu-  
ivo hinc. Virgil. *Georg.* III. 324. Luciferi  
primo cum sydere. Vide & *s. pra ad* III. 19.  
17. καὶ τὸν τοῦ ξερὸν. *Hist. Anim.* VIII.  
10. εἰσιλόμενος καμποῦ, tunc temporis. Aristophanes *Avibus* p. 610. τοῦτο τὸν ἄρετον τοῦ ιπέργειαν, paululum post meridiem. Plato  
*Protogora* p. 342. σφισμα πλεῖστον τὸν τοῦ ιπέργειαν, *Sophiste* plurimi in illa terra sunt. Suidas in *Iωνίας* 2. καὶ πηρός, εἰς τέταρτον δισκόντος τοῦ ξεροῦ περιπότος, <sup>8</sup> καὶ proper hoc acerbus *Dominius* pustea factus est. Liquet ex his, quam usitatum sit Græcis, Adverbia cum Geniti-  
vis construere, atque adeo non temere me, rejecta vulgata lectione, secutum illorum Codicium fidem, qui hic εἴδα τὸ ξερόν legunt. IDEM.

<sup>7</sup> Ομηρός] Vide *Iliad.* Ω. ex qua laudat & *Athenæus lib. v. cap. 19.* SCHEFF.

<sup>8</sup> Επιστάσαντο] Leg. επιστάσαντο propter verbum επιστάλντο. FABER. Ego temerè nil mutarem. Nam συνθέτων fiebat ab utroque, non επιστέλνειν. SCHEFF.

*Sυνθέτως* δὲ επιστάσαντο, μηδεμίᾳ Sic & Sluisk. Faber tamen legendum censet επιστάσαντο propter sequens Verbum ejusdem Numeri. Et fane & Ego malim hoc Numero, ut referan-

Qq 99 tur

αῖχει ὑπόθεσιν τὸ πάθ<sup>⑤</sup>, τὸ χτί<sup>⑥</sup>  
τους ὄφθαλμοὺς αὐτοῦ. Καὶ <sup>11</sup> Στη-  
σίχορός γε τὸν Ἰμεραῖον τῆς τοιαύτης  
μελοποίες <sup>12</sup> ἀπάρξαθμ.

KEΦ,

CAP.

tur omnia hæc tantum ad Nympham, quæ id pacta sit: quum dea demum de Utroque simul dicatur, & ex iis rōbus p̄st̄ḡs t̄c̄s àm̄l̄s, quæ ceteroqui nimis m̄n̄d̄ḡs prioribus subjicerentur. Sed & Lugd. habet t̄moi-  
n̄, quod quin genuinum sit, vix dubito.  
Συνδέσμη autem, vel συνδέσμης πολὺ, etiam Unus dicitur cum Altero. Sic Anton. Lib. fab. I. τῷ συνδέσμῳ Διὸς ἡ τρόφε, οὐχὶσ ἀνί-  
τασθε, ἐπὶ pacta cum illo per nutricem suam,  
nocte abnavigavit. Et fab. ult. συνδέσμου Αρ-  
ιστερᾶς τῷ τρόπῳ τῆς Καδμίας, paciscitur de  
illis cum Cadmeis. PERIZ.

9 Ex § 188] Aliqui jam ante hoc genus carminis inventum tradunt ab ipso Daphnide, nondum orbato luminibus. Diodorus lib. IV. φέρεται Δάφνη τοῦ Λιβύου επίγειον οὔσην τὸ Βασιλεῖον πατρίαν τοῦ οὐλόθρου. Diomedes Grammaticus ad Bucolicę Virgilii. Quidam putant Daphnem hoc genus carminis primo invenisse. Scilicet ut aliarum rerum, ita hujus quoque dubia & incerta est origo, ut ex Servio & imprimis Scholiaste Theocriti apparere potest. Videndum plane Vossius lib. III. Inst. Poët. cap. 8. Epicharmus apud Athenzium lib. XIV. c. 3. Dionum Siculum autorem ejus facit. SCHEFF.

*Ex de rebus in Buxellis &c.] Non dubito,  
quoniam ante haec verba aliquid exciderit, quo  
ipsum illud nomen oculorum Daphnidis fue-  
rit declaratum, quod ante omnia exprimi de-*

buit. Atque ita Diodorus Siculus d. l. κα-  
κένοι τὸ δὲ θυγατρὶς Βασιλίας καθεμένοις  
καὶ πλησάσαις αὐτῇ, σερνῶνται τὸ δέρτιον. Εἴ τοι  
γερενῆδιν τὸ δὲ Νύμφης φέγγονται. Et si uim à  
quadam Regis Filia inebriatum, & congressum  
cum ea, visu esse orbatum, secundum factam  
illi à Nympha predictionem. Mox etiam il-  
lud πεπόνι Sluisk. omisit, at Lugd. æque ac  
B. & C. Regii, teste Scheffero habet φέγ-  
γον. Sic & paulo ante Sluisk. ac duo Regii  
omittunt ἴωσθε. PERIZ.

IO πάτερ ἡδη] MSS. B. & C. οὐτέπει,  
SCHEFF.  
II Στρατηγος] Clemens Strom. I. Stesichorum primum Hymnum excogitasse refert.  
SCHEFF. Eucolicum carmen τὸν διόφθονον Ημέρας dictum est, quia ad Himeram Sicilię primum carminis hujus argumentum de amoribus Daphnis exortum & poëta ipse, nimis rursum Stesichorus Himeraeus fuit: vide de hoc carmine Voss. Institut. Poëtic. lib. III. cap. 8. KUHN.

12. *A mētēxēsā*) *Addē phōsi.* GESNER. *Lugd.*  
& *Regius* 3064. *ιτάξειχασθαι.* *Quod sine du-*  
*bio verum. Sic supra* II. 12. *Kai ιτάξειχεν*  
*τὰς τὰς εὐφορίας.* *Aπάλειχασθαι* ad res sacras po-  
tissimum refertur, & notat maxime *Primitias*  
*alicujus rei offerre*, vel *initium* sacri facere.  
Ceterum excidisse & hic cum *Gesnero* autem  
mo *phōsi*, vel *imile* quid, quod ipsa requi-  
rit *Syntaxis*. *De Stefiboro*, *Vide supra ad*  
*IV. 26. PERIZ.*

K E Φ. 59

C A P. XIX.

Περὶ γὰρ καταχόπου τὸν οὐνούνα.  
Ἄλλας.

*De eo qui proprios dentes de-glutivit.*

**E**γράψας ὁ Κυρραῖος· τοιγαν  
ἐνίκησε, ἐκπροσέτις μὲν ὅτε γ  
ἀπαγένεται τὸς ὀδύτες, καταπλε  
δε αὐτοὺς, ἵνα μὴ αἰσχυτεῖται ὁ ἀπί<sup>τ</sup>  
πτλαῖος.

I. Ποντικῆς οἰκίας] Legd. & Regis 3064.  
ut & 3132. sed hic ex emendatione recentioris manus, πρώτη, quod prorsus praecepero.  
Nam ita Iota Nostra II. S. τρίτη ἡ εἰσι-  
θάλεια σαδι. IV. 15. οὐταντικαὶ μὲν τέ-  
λαι τριτηγάδεια. Plut. de Lycurgo, in A-  
pposuit. Regam, πρώτη τε τριτηγάδεια ἡγα-  
νέσσαι εἰσιτε. PERIZ.

2. *Kannen* di *zixz;*) Solebant scilicet Athlicæ diffimulare & occultare plágas, vel certe dolorem, ne animus adseruerit adversario, & ita is actius contra se insurgeret. Sic apud Plutarch. de *Agr. Poëtis*: ē *zixz; zixz;*.

Eurydamas Cyrenæus pugilatus victoriam adeptus est, excussis quidem ei ab adversario dentibus, sed deglutitis, ne qui contraluctabatur, id animadverteret.

τινὲς παρεγένετο τοῖς τὸν αἰγάλεον, καὶ προσκύνεις γενο-  
μένες, οὖν, εἶπον, ἡ μάχη τοι! εἴ διόρθως βού-  
ται, οὐδὲ τολμεῖται. *Aeschylus*, quum pri-  
gil quispiam plagam in os acciperet, τοῦ  
clamor propriae exiret, quantum, inquit, va-  
les exercitatio! spectatores clamant, percussus  
*teri illorum*, Alter Lysander, & Alter Alcibiades. Sic passim ἐτερος de Duobus, quin ἄλλο de Pluribus dicatur. Vide Thomam Magistrum. Hinc ἐτεροφθαλμος, qui uno ex duobus oculis tantum utitur, *infra* XII. 43. Res est tam liquida & certa, ut mirer, adeo hic hæsitasse viros Eruditissimos, & Editores omnes, qui verterunt, Adeo intolerabiles erant suis Utterque civibus. Atqui Utterque poterat, sed Solus, non item Geminus, seu non etiam οἱ ἕτεροι singulorum. PERIZ.

## C A P. VIII.

*De Hipparchi morte.*

**H**ipparchus ab Harmodio & Aristogitone interfactus est, eo quod

*Histor.* Vulgare tam sententiam alii fere omnes tuentur, retinetque etiam Aristoteles lib. v. *Polit. cap. 10.* Consule & Maxim. Tyr. *dissert. viii.* SCHEFF. Vid. Meursii *Pisistrat. cap. 17.* KUHN.

[*On εἰ τοῖς Παναθηναῖοῖς &c.*] Vera sine dubio fuit hæc cædis Hipparchæ causa, quam etiam Thucydides unice probat, & plerique sequuntur. Plato quam refert in *Hipparcho* pag. 229. & locat in invidia Aristogitonis & dolore præcepti sibi ab Hipparcho discipuli, amici, & admiratoris, aliena est & absurda, quamvis in eo illum sequatur etiam Plutarchus in *Erat. p. 760.* Sed & sappius erravit Plato in Historia Pisistratidarum. Veluti quod in *Convivio* pag. 182. ait Amorem Harmodii & Aristogitonis *κατελῦσας τὸν ἄρχοντα Τυράννον*, *sustulisse imperium Tyrannorum*. At ipse in *Hipparcho* d. l. post facinus illud Harmodii & Aristogitonis tum demum cœpisse ait *Tyrannidem Athenis exerceri*, plus quam

## L I B. XI. C A P. VIII.

693

τοῖς Παναθηναῖοῖς κομίσας <sup>3</sup> κανοῦν τῇ Θεῷ, <sup>4</sup> καὶ τὸν γύμνον τὸν ἐπιχώσαν, οὐκ εἶσας τὴν ἀδελφὴν τὴν Αρμοδίου, <sup>5</sup> καὶ τοὺς ἀξίους σύστας.

[*speciatim Junoni Argivæ, & Faliscæ, ι λεγομένην κανφίδην, οὐκ γάμων, νομοχειρίν τὴν θυμάτων, qua dicitur Canephorus, innupta puella, initium faciens sacrorum.*] PERIZ.

[*Καὶ τῇ Θεῇ*] Dea est Minerva, cui celebabantur Panathenæa magna singulis quinquenniis. Hinc apud Aristoph. in *Pace* pag. 650. promittitur Mercurio, si Pacem daret Atheniensibus, fore, ut ipsi, non amplius *Minervæ*, celebrarentur *Panathenæa*. Vide istic Scholia. *Canistra* autem illa erant aurea, in quibus gestabant ἀπαχεῖς, primitias omnium, ut ait Schol. Arist. in *Acharn.* pag. 383. vel, ut Suidas & Harpocration, uterque in *Karnphōes*, in quibus inerant τὰς τὴν θυσίας, quæ ad sacrificium pertinebant. IDEM.

[*Καὶ τὸν γύμνον τὸν ἐπιχώσαν*] De quo vide quæ eruditæ ac curiose, id est, suo more scribit vir Antiquitatis peritissimus Joh. Meursius in *Panath. cap. 23.* SCHEFF.

[*καὶ τοὺς ἀξίους σύστας*] Valde mihi suspecta hæc sunt vitii. Facile enim Virgo Attica digna erat, quæ gestaret cum reliquis canistrum in pompis, modo pudica esset & vere Virgo: ut adeo frigide prorsus, si non inepite, addatur hic illud *τοις*. Crediderim excidisse negantem particulam, legendumque τοις μὴ ἄξει. Certe id prætexuerunt Pisistratidae, διὰ τὸ μὴ ἀξίους εἶναι, ut his ipsis verbis ait Thucyd. vi. 56. Adde quod Nofer amet & laudet Hipparchum, ἀπὸ ὥρας καὶ δὲ καὶ ἀπόρη, Vide *supra* viii. 2. Atque ideo cædem illam Hipparchi, tanquam nullo jure factam, improbare hisce verbis videtur, æque ac Plato id fecit in *Hipparcho* pag. 229. testatus sub Hipparcho vixisse Athenienses, tanquam sub Saturno, in aureo seculo. PER. Parenti meo placebat τοις ἀναξίους σύστας. Ego vero huic loco nihil deesse existimo, dummodo τοις vertatur prorsus, omnino. ut lib. iv. de Nat. Anim. cap. 56. τὰς φυσικὰς τοις

Ss ss 3

επτῷ ἀρχισθέντι, ἡλίκιον τῇ φάκῃ ὥραστον τῷ εἰπεῖν, Ισαντοῖς ἀδικητοῖς· καὶ θεῦμα τὸν δόντα, εἰπεῖν, καὶ αὐθεντοποιούμενον τὸν πολέμου τὸν ἄγρον καλῶν ἐργάζονται. lib. I. Regum

## ΚΕΦ. Σ'.

Περὶ των Αειστων πενήτων, καὶ  
δῶρα μὴ προσκα-  
μένα.

**O**ι τῶν Ελλίνων Αἱρίσι <sup>2</sup> πε-  
νία διέζων τῷ πάντα τὸν  
βίον. Επαινεῖτωσαν οὖν πλοῦτόν  
τινες

**I** τῶν Ελλήνων ἔρεσον] Vide supra lib. II. cap. 34. SCHEFF. Herodotus lib. VII. τῇ Ελλάδι τὸν ἀέτη τοντρόφος ἐστι, Gracia pauperati a primis quasi cunabulis innutrita est. Id quod magis inde elucescit, quod, Thebis ab Alexandre eversis, ex præda non plenè 400. & 40. talenta redacta fuerint, ut Athenæus ex Clitarcho refert lib. IV. Polybius etiam negat, suo tempore totam Peloponnesum, rebus tum maxime florentibus, τῇ πόλει τὸν ἐπιτελων χνεῖσι σωμάτων, ex sola sufficietile, demptis servis, sex millia talentorum confidere potuisse lib. II. Hist. Athenienses, exercitum suum alere satagentes, cum ærarium publicum, tum privatorum thesauros, imo totam ditionem vacuefecerunt, ut decem talentorum millia corradarent. ibid. De Veterum Romanorum paupertate Valer. Max. vide lib. IV. cap. 4. KUHN.

**2 Πενία διέζων]** De pauperitate Græcorum proprie dictorum (nam quedam Magnæ Græcia Urbes in Italia & Sicilia jam anteā fuerunt opulentissimæ) ante, & opulentia eorum post, bella cum Xerxe & Artaxerxe gesta, egimus jam supra ad x. 16. Liqueat hæc opulentia Ex patrimonio multorum hominum istius temporis. Sic Crates Thebanus a patre suo habuit aliquot centena talents, si fides Laertii Codd. Ex maximis item sumptibus, quos faciebant publice primitusque in statuis, picturis, donariis tem-

**C A P. IX.**  
*De quibusdam Præstantissimis Vi-  
ris pauperibus, qui dona reci-  
pere noluerunt.*

**G**ræcorum Præstantissimi per om-  
nem vitam in perpetua egerunt  
paupertate. Laudent igitur divitias  
etiam.

plorum, & omni luxuriæ instrumento. Et gravissimis porro mulctis, quæ à privatis exigebantur, Vide supra ad v. 12. Denique Ex immensis quæstibus, quos faciebant Mætresses, Lais, Phryne, & similes. Vide IX. 32. & x. 2. Verum hæc opulentia multum jam erat imminuta tempore Polybii per continua bella usque à temporibus Philippi & Alexandri, per quæ integræ fuerunt Urbes eversæ, veluti Thebæ, & Phocenum. Urbes: alias Tributis & collationibus exhaustæ: ac denique omne Græcarum Urbiūm imperium in alios populos aut insulas concidit, atque ita proventus ipsarum ex illis terris sublati fuere. Vide ipsum Polybium lib. II. p. m. 205. unde Schefferus perpetuam Græcorum paupertatem, sed male, probare conatur, nec cogitare videtur, quanta sit summa 6000. Talentorum, de qua agit Polybius, h. e. 103. Auri Tonnarum. Qui vero hoc capite ex illo opulentia feculo memorantur, fuere homines antiquis moribus, & philosophico ingenio, contemptores opum, ut liqueat ex Phocionis exemplo. Ceterum de plerisque jam egimus ad II. 43. PERIZ.

**3 Ποσὶα μὲν τὸ πολέμου &c.]** Nam inter Duces fuit Atheniensium in pugna Marathonia, & inter Duces Græciæ totius in pugna ad Platæas contra Mardonium. Vide Plutarchum & Corn. Nepotem. IDEM.

**4 Καὶ τὰς φίρες]** Quantum quæque civitas darei,

tives ἦτι, μετὰ τοὺς τῶν Ελλίνων ἀρίστους, οἷς ἡ πενία παρεῖ πάντα τὸν βίον συεκληρώθη. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, οἵνιν Αριστείδης ὁ Δυσιαχοῦ, ἀνὴρ 3 πολλὰ μὲν ἐν πολέμῳ κατορθώσας, καὶ τὸν Φόρους δὲ τοῖς Ελλησι τάξας ἀλλ' οὗτος γε δὲ τοιοῦτος οὔτε ἐντάφια ἔσυται κατέλιπεν ικανά. Καὶ οἱ Φωκίων ἡ πένης δὲ. Αλεξάνδρου

daret, ad exercitus comparandos, & classes ædificandas. Vide Cornel. Nepot. in Arist. cap. 3. Ἀeschin. in orat. de Legat. Diodor. Sicul. lib. XI. Plutarch. in Arist. p. m. 33. & Apophtheg. Taletem apud Stobæum serm. xciii. SCHEFF. Vide supra notata de Aristide lib. II. cap. 43. quibus adde illa Plutarchi in Præcept. Politicis. ubi docet paupertatem non impedire, quo minus aliquis cum laude præfit reipubl. profitque: οὐτε δηλοῦται, οὐτε συμποσίοις Κακίᾳ δαπανῶνται διαδίδεται, Κακικῆς δὲ τέτοιο μὴ διαδίδεται, διάταξις τὸ διατελέσθαι. οὐτε δηλοῦται, οὐτε Συνεργετικούς πάντας διαδίδεται. οὐτε δηλοῦται, οὐτε διατίθεται Λίχας, οὐτε ζηγηταί Νικήσαται. Επιπονήδας δὲ οὐτε Αριστίδης οὐτε Λύσανδρος οὐτε οὐρανούς οὐτε πολιτειῶντα οὐτε τερπνύσσοι. Quemadmodum in conviviis, Callia sumptus faciente, aut Alcibiade, Socrates auditur, Socratem omnium respiciunt oculi: ita in civitatibus bene constitutis Ismenias populo congariūm largitur, Lichas epulis excipit populum, Niceratus choris instruendis pecuniam suppeditat, Epaminondas autem & Aristides & Lysander imperant, reipublicæ præsunt, excrescuntque ducunt, quamvis omnium fuerint pauperrimi. Cyrillus tamen de Aristide: οὐτε νοσφιμοῦ κενουμάτων Αριστίδης οὐτε περιχρήσι διέργει, peculatus convictus poenas dedidit, lib. VI. contra Julian. p. 188. KUHN. Nepos in Aristide: Ad classes ædificandas exercitusque comparandos quantum pecunia quæque civitas darei, Aristides delectus est, qui constitueret; Ejus arbitrio quadrangenta & sexaginta Talenta quotannis Delum sunt collata. Vide etiam hic Schefferum, & Meursium de Fortuna Attica cap. 7. PERIZ.

**5 Φωκίων]** Plutarchus idem habet in Apophtheg. Imperat. & vita ejus. Cui addas etiam Cornel. Nepotem xix. cap. 2. Idem tamen Plutarchus in de Socratis Genio hoc refert ad Epaminondam. SCHEFF. Phocion aliquando ab Atheniensibus in solenni festivitate rogatus dicitur, ut in gratiam populi vellet aliquid ultra constitutum elargiri & impendere: ille vero vulgi acclamationibus nihil motus, οὐχινούλων δέ, inquit, οὐδὲ επιδίδει, Κακικῆς δὲ τέτοιο μὴ διαδίδεται, διάταξις τὸ διατελέσθαι, pudore suffunderet, si habarem quidem, quod vobis adlerem, quod autem huic Callicli, (cum dicto fœneratore ostendit) redderem, non suppetaret. Græcam elegantiam Latini non affequuntur, quæ est in εἰδίδεις & διαδίδεις. KUHN.

**Φωκίων]** Nepos in Ejus Vita cap. 1. Fuit enim perpetuo pauper, quem ditissimus esse posset. Repudiavisse istic dicitur etiam munera à Philippo ad se missa. Vide & supra I. 25. & II. 43. Dictum hoc Phocionis refert etiam Plutarchus in Apophth. Regum & Ducum, & paulo quidem plenius, ita tamen ut Noster videatur hæc & sequentia ex illo hausisse. Certe enim ipsa ejus Verba aliquando exhibet. PERIZ.

**6 Ηέρων]** Scil. τὰς κοριζόμενας, qui afferebant argentum, quod addidit Plutarchus, qui & respondisse ait, οὐδὲν, οὐδὲ, οὐσατα μεριδαίνειν οὐδὲ εἴναι τινετον. IDEM.

**7 Ιάσονος]** Thessalorum tyrannus hic fuit, sicut docet Plutarchus ante dicto loco. SCHEFF.

**Ιάσονος]** Pherarum Ille, Urbis Thessalicæ, fuit Dominus ac Tyrannus, sed æquissimus ac prudentissimus. Qui & post Leu-

ETRIS

δρου ἢ πέμφαντον αὐτῷ τάλαντα ἔκατον, σύρότα διὰ τὴν αἰτίαν μοι δίδωσιν; Ως δὲ εἶπον, ὅτι μόνον αὐτὸν ἡγεῖται Αθηναίον καλὸν καὶ ἀγαθόν· οἶκον, ἐφη, ἀσχέτῳ με τοιῦτον εἶναι.

Καὶ Επαμινόνδας ἢ ὁ Πολύμνιδος πέντε ἥμερος <sup>7</sup> Ιάσονος ἢ αὐτῷ πέμψαντο πεντήκοντα χρυσούς, ὅδε, οἱ ἀδεκνοῦντες, ἐρη, ἀρχεῖς χειρῶν. <sup>10</sup> Δανεισάμενος ἢ παρὰ τῷ τῷ πολιτῶν πεντήκοντα δραχμὰς ἐφόδιον, εἰς Πελοπόννησον ἐνέβαλε. Πιθόμενος δὲ

egenus erat: quum vero Alexander mitteret ei centum talenta, interrogavit legatos, quam ob causam hæc mihi donat? Ut vero responderunt illi, quoniam ipsum solum ex omnibus Atheniensibus bonum honestumque virum judicet: finat igitur, inquit, me talem esse.

Etiam Epaminondas Polymnidis filius pauper erat: quum autem Jason ei quinquaginta aureos nummos misisset, ille, Injuriam, inquit, facere incipis. Et quum quinquaginta drachmas à cive quodam mutuas sumpsisset in viaticum, irruit in Pe-

lo.

tricam pugnam, qua concidit Lacedæmoniorum dominatio, exhortatus est Thefalos suos, ut principatum Græcia arriperent, atque ita ab illis totius Thessaliam Dux & Imperator est constitutus. Unde Plutarchus eum in *Apophth. Regum & Ducum*, ut & in *Polit. præceptis*, appellat τὸ Θεσσαλὸν Μόναρχον. Et sane transit ille Ducatus ad ejus successores, tanquam Hereditarius, sed mox tamē extinctus est. Vide Diodorum Siculum lib. xv. maxime pag. 373. & Xenoph. *Rer. Græc.* lib. vi. pag. 350. 351. ubi & *Mixtus* τὸ καθετὸν, *Maximus* hominum sui temporis dicitur fuisse. Certe Primus animo concepit everzionem Regni Persici, ut liquet ex Isocrate *Orat. ad Philippum* pag. 252. Fides illius in Amicum, Timotheum Atheniensem, prædicatur à Nepote in *Timotheo*. Ejus simulandi, atque hostis circumveniendi, peritia, à Cicer. *de Offic.* 1. 30. Frequens ejus erat dictum, Necesse esse τὰ μηδὲ ἄδικα, in rebus parvis injuste aliquando agere, qui velit τὰ μεράλα δικαιοτεχνέα, in magnis iusta & præclara facere, quod refert Plut. in *Præceptis de Valet. tuenda*, & in *Politiciis*. PERIZ. de Jasone vide Ciceronem lib. IIII. de *Nat. D.* cap. 28.

8 πεντήκοντα χρυσοί] Daricos forte intelligit, quos χρυσοί Athenienses vocabant, ut

scribit Suidas. GESN. Plutarchus habet διχρυσούς, hoc est, tot daricos. sic enim dicti sunt Atheniensibus, ut docet Suidas, ac fortasse pro χρυσοῖς apud Nostrum χρυσούς scribendum est, præsertim cum sic legatur in MSS. B. & C. Etiam in numero haud convenient. Ac potest fieri, ut pro  $\sigma$  numerali, scriba imperitus fecerit N, deceptus virgula, quæ millenarium denotabat. SCHEFF. Xiphilinus in *Augusto*, ἐπειρομένος διὰ ποτὲ τὸ Παλάθιον Διερθείσαντος τῷ πλάνῳ αὐτῷ πολλὰ διδόντων, ἐδέξετο, ἵνα μόνον τὴν τὸ δῆμον χρυσούν, τῷ δέ τοι διωτῶν διρρήποι. Χρυσοῦ γάρ δὲ καὶ οὐ τὸ πόμπημα τὸ τὸν ποτὲ καὶ τοὺς δραχμὰς δυνάρδιον καὶ τὸ ἐπιχάρειον μέζων. καὶ τὸ Ελλήνον δὲ πότε, οὐ τὸ βίστιλα τὸ τὸ Αττικὲν ἀστυνάσκομεν, ἔτσις αὐτὸν ἐκάλουν. *Polito* aliquando igne consumpto, multisque ēi (Augusto) multa donantibus, nihil accepit, præter quam aureum à gente, ab idiotis autem & plebejis drachmam. dico autem χρυσοῦ μημίσμα illud, quod in nostra regione 25. drachmas valet: & ita etiam dicitur à Græcis quibusdam, quorum libros Atticissimi gratia legimus. vid. ind. in *χρυσοῖς* & Paul. Leopard. lib. x. *Emendat. cap. II.* KUHN.

πεντήκοντα χρυσοί] Reposui χρυσούς, quia sic habent non Regii modo, sed & Meus uterque Codex, tum uterque Medicus, & Mediolanensis. Plutarchus in *Apophth.* simili-

ter,

π. II ὑπαστριγὸν ἀυτοῦ χούματα εἰληφέναι τῷ δέ τῷ τῷ αἰχμαλώτων, ἐμοὶ μὲν, εἰσεν, ἀπόδοτο τὸν ἀσπίδα· σεκυτῷ δὲ <sup>12</sup> πρώτῳ καπηλεῖον, ἐν τῷ καταγόσεις. Οὐ γὰρ ἔτι κινδυνεύει ἐπελήσεις, πλούσιος γειθεῖσι.

<sup>13</sup> Πελοπίδης ἢ ἐπιτιμώντων ἀντών.

ter, sed augens numerum, διχρυσούς χρυσούς ait ab Jasone missos. Quum vero Aureus Graecorum fuerit Didrachmus pondo & valuerit xx. drachmas Argenti, ita *Quinquaginta Anrei* facient nostrates Carolinos Trecentos; at *Duo Millia Aureorum* facerent 12000 Carolinorum. Utra verior sit summa, incertum est. Ex Plutarcho in *Socratis Daemonio*, ubi dicitur πολὺ χρυσοί, multum auri missum esse ad Epaminondam, preferat quis forsitan majorem illam summam, quæ & dignior opulentia Tyranni. PERIZ. χρυσούς etiam in MS. Palatino legi monuit Neveletus ad *Phædri lib. IV. Fab. II.*

9 οὐδὲ ἄδικον] Leopardus optime sic verti posse censem: *in*, *cum nulla sis à me lacefisi* *tus injuria*, prior mibi *injuriam facis*. Adde quæ de hoc locutionis genere notavit Heraldus lib. II. ad *Jus Att. cap. 12.* ubi docet exceptionem fuisse sollemnem adversus eos, qui postulassent injuriarum. *Dictum* porro Epaminondæ habet Plutarch. in *Apophthegm. & Daemon. Socrat.* SCHEFF.

Αδικαία, Κρίη, &c.] h. e. *Manibus iniustis* incipis rem gerere, aut mecum agere. Vide Paul. *Leopardum Emend. x. II. & 12.* Rationem autem hanc addidisse Epaminondam ait Plut. in *Daemonio Socr.* quod ille, *τὸ μοναρχίας τερψίς*, ἀνέρες δημόσιοι ἐλευθερίας καὶ αὐτοῖς πόλεως ταῖς τελευταῖς Διοίχεισθαι, *studiosus Monarchie*, tentaret pecunia civem Civitatis liberare, & suo jure utentis. PERIZ.

10 Διανεστάθμη] Quod domo non suppetebat viaticum, id à mensa scenerioris Epaminondas sumere non erubuit. Non enim turpe erat honestam justamque paupertatem coram omnibus profiteri. Ita Lamachus quoque, cum in hostem proficeretur, eoque debellato domum redux, res gestas populo approbaret, semper rationibus suis adscriptis, sed traxit armigeris, aut aliis famulis. Ubi vides ταῦτα jungi famulis singulorum, & singularis ferme militibus tribui tales ταῦτα. Arrianus de *Exp. Alex.* passim *satellites Alexandri* ea voce designat. lib. VII. p. m. 455. τὸν κατελθεντὸν τοὺς ταῦτα, τὸν τὸν χρήματα, manu ostendens *satellitibus*, quos oporteat comprehendere. Ubi male vertitur

Tt tt

sch-

loponnesum. Quum vero rescivisset, armigerum suum pecunias à captivo quodam accepisse, Mihi, inquit, redde scutum. Tibi vero tabernam eme, in qua vives. Non enim ulterius pericula subire voles, quum dives sis factus.

Pelopidas, quum objurgarent eum ami-

quantum pecuniæ in calceos & vestimentum impendisset è publico: & Hermon Thessalus cum ad munus publicum designatus paupertatem excusaret, decreto Thessalorum singulis mensibus vini lagenam, & ad quartum mensis diem farinæ medimum accepit. Plut. in *Præcept. Polit.* KUHN.

Διανεστάθμη &c.] Omnia hujus Periodi seu Facti Verba sunt ex Plutarchi *Apophth. sumpta*. Nam sic ille: Αντέ δὲ πεντήκοντα δραχμὰς διανεστάθμη τῷ διοίχεισθαι τῷ πολεμοῦ ἐν πελοποννησῷ. PERIZ.

II Υπαστριγὸν] Idem ante dictus auctor, loco indicato. SCHEFF. Vide que supra nota lib. I. cap. 14. KUHN.

Υπαστριγὸν αὐτῷ] *Satellitem*, δορυφόρον. Sic enim exponit id Suidas. Hesychius etiam interpretatur ταῦτα *famulus*. Et ita Dionys. Halic. lib. XI. p. m. 707. Σεργίσων δὲ ήτοι, ταῦτα τοῦ Σικελίας, τὰ πλευτικά ἄγαθάς, παντὸς γνωτοῦ τοῦ διτάσητη, *Servius* autem *quispiam*, *armiger* *Sicci*, *indicavit rem Domino*. Sic Horatii & Curiatii in certamen prodeuentes singuli suos habuerunt ταῦτα, quibus dererunt tela tamdiu tenenda, dum ipsi se invicem ante pugnam amplecterentur, apud eundem Dionys. lib. IIII. p. 154. Sed & notabilis est locus Polyæni II. 3. 10. ubi edixisse traditur Epaminondas, μηδεὶς τῷ ἐστιτάσθαι τοῖς ἀλλοῖς ἀπολαθεῖσις, *nemo gravioris armature militum ipse gestet clypeum*, sed traxit armigeris, aut aliis famulis. Ubi vides ταῦτα jungi famulis singulorum, & singularis ferme militibus tribui tales ταῦτα. Arrianus de *Exp. Alex.* passim *satellites Alexandri* ea voce designat. lib. VII. p. m. 455. τὸν κατελθεντὸν τοὺς ταῦτα, τὸν τὸν χρήματα, manu ostendens *satellitibus*, quos oporteat comprehendere. Ubi male vertitur

sch-

τῷ τῶν Φίλων, ὅτι χρημάτων amici, quod pecuniæ, rei ad vi-  
ἀμελεῖ, πράγματος eis τὸν βίον tam tuendam utilis, nullam curam  
λυσιτελοῦς, Νή τὸν Δία, εἶπε, gereret, Per Jovem, inquit, uti-  
λυσιτελές, ἀλλὰ Nicomédi τούτῳ, lis est, verum huic Nicomedi,  
δεῖξας χωλόν τινα <sup>14</sup> καὶ ἀνά-  
πηρον.

Οτι <sup>15</sup> Σκηπίων τέσαρα καὶ πεν-  
τήκοντα ἔτη βιώσας, οὐδὲν οὔτε ἐ-  
πρίστο, <sup>16</sup> οὔτε ἀπέδοτο. Ουτως  
ἄρει ὀλίγων ἐδίπτο. <sup>17</sup> Ασπίδα ἡ  
ἀυτῷ

Scipio quinquaginta quatuor an-  
nos quum vixisset, neque emit,  
neque vendidit quicquam. Adeo  
paucis indigebat. Quum autem qui-  
dam

scutatis. Et alibi passim. Sed & Plutarchus  
in hoc Apophthegmate similiter loquitur, &  
& dein eadem plane, quæ Noster, verbari-  
buit Epaminondæ, τινὶ μῷ, εἴπε, ἀπὸ τῆς  
ἀσπίδα &c. PERIZ.

<sup>12</sup> Πείσ καπηλέων] Vertitur ab omnibus  
*Cauponam*, cum hic, tum apud Plutarchum,  
sed perperam proorsus. Etenim Κάπηλοι apud  
Plutarchum, apud Græcos non erant tantum  
*Caupones*, sed omnis generis *Propole*, qui in  
eo differebant ab εμπόροις, quod hi essent plerumque  
exteri, vel certe Cives, qui aliunde  
merces importarent, κάπηλοι vero in foro &  
tabernis res ab aliis plerumque prius emptas  
venderent, & quæcumq[ue] ita facerent. Hinc  
passim junguntur ἄμποροι & κάπηλοι: aliquan-  
do illis etiam *Opifices*, veluti apud Dionys.  
Halic. lib. ix. p. m. 583. ubi quum exposuissi-  
set numerum *juventutis Romanae*, addit fuisset  
triplo majorē *feminarum*, & *puerorum*,  
& *servorum*, ἵματος τε, καὶ τὴν ἐργαζομένων τὰς  
θυγατρες τίχνας μετικαν· ἐδεῖ γὰς ἕτην Ρωμαῖον,  
καπηλον, ἐτειχεστέρου πλούτον, & *Mercatorum*,  
ac *Opificum Inquilinorum*; nam Ro-  
manorum nulli licet, neque *Propolarum*, ne-  
que *Opificum Vitam agere*. Locus illustris,  
in quo vides promiscue in eundem sensum po-  
ni, ac sibi invicem respondere, ἄμποροι & κά-  
πηλοι, ac jungi *Opificibus*. Similiter Imp.  
Julianus Orat. 1. pag. 15. jungit ἄμπορος ἄμ-  
πορος, & κάπηλος, permutationes *Mercatorum*,  
& *Tabernarias mundinationes*. Ubi Vide om-  
nino τὸν Εzech. Spanhemium, & adde Suidam,  
& maxime Pricæum ad Lucam XIV. 13. De  
paupertate Pelopidae egimus supra ad 11. 43.  
PERIZ.

cet maxime de iis, qui vinum in taberna  
vendunt, & diversoria exercent, adhibeantur,  
tamen etiam de aliarum rerum propolis ta-  
bernariis dici certum est. Sic apud Plautum  
*Anul. III. 5. 35.* memorantur, qui luxuria  
seu mundi multebris instrumenta conficiunt,  
& vendunt. *Stat fullo, phrygio, aurifex,*  
*lanarius. Caupones patagiarii, indusiarii,*  
*Flameareii &c.* Nemo dixerit, *Caupones*  
istic notare eos, qui vinum vendunt, sed no-  
tare potius illarum vestium propolas. Et  
Ennius apud Cicer. de *Offic. I. 12.*

Nec *Cauponantes bellum, sed belligera-  
tes:*

Ferro, non auro vitam cernamus utriusque.

h. e. non questum ex bello nummarium  
aucupantes. Sed & hinc videtur Festus, sen-  
tire, *caponam, tabernam, à copiis*, quæ sci-  
licet venduntur, esse dictam. Certe hic loci  
καπηλέων nihil est aliud, quam *Taberna propo-  
lae*. Mox malim καπηλέων, atque ita &  
Doctiss. Iensius cum in suis ad me literis, tum  
in *Lect. Lucian. II. II. IDEM.*

<sup>13</sup> Πελοπίδας] Vide quem jam modo no-  
minavi Plutarchum. SCHEFF.

<sup>14</sup> Καὶ ἀντίποιος] Sic & Plutarch. in *Apophth.*  
At in Pelopida ait καὶ τοφάδι. Et sane τοφάδι  
& ἀντίποιος laxam habent significationem, &  
*Cæcum quoque notant.* Hesych. *Aντίποιος*  
τοφάδι. Vide & in Πηδον., & adde Suidam,  
& maxime Pricæum ad Lucam XIV. 13. De  
paupertate Pelopidae egimus supra ad 11. 43.  
PERIZ.

αὐτῷ τινὶ ἐπιδεῖξαντὶ εὖ κεκομέ-  
νη, εἶπεν· ἀλλὰ τὸν γε Ρωμαῖον  
ἄνδρα προσήκει ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλ-  
πίδας ἔχειν, <sup>18</sup> ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ αρι-  
τερᾷ.

Οτι <sup>19</sup> Εφιάλτης ὁ Σοφωνίδου πε-  
νέτατο <sup>20</sup> ἥν. Δέκα ἡ τάλαντα δι-  
δόντων αὐτῷ τὴν ἑταίρεων, ὅδε οὐ προσή-  
κατο, εἰπών· Ταῦτά με ἀναγ-  
κάσει αἰδούμενον ὑπᾶς, καταχαρίσα-  
δά τι τῶν δικαίων· μηδὲ αἰδούμενον ἡ,  
μηδὲ χαρίζομενον ὑπῆν, ἀχάριτον δέ-  
ξαι.

<sup>15</sup> Σκηπίων] Sunt prope ipsa Plutarchi ver-  
ba in *jam aliquoties nominato libro*. SCHEFF.

<sup>Σκηπίων</sup>] MSti *Σκηπίων*. Et ita Alii quo-  
que Auētores Græci: ac recte. Nam *Scipio*  
est à Græco σκηπίων, baculus, & hoc à σκηπί-  
τε, nitor. Fuit autem hic *Scipio Africanus*  
posterior, ut liquet ex Plutarchi *Apophth.* ubi  
eadem plane de isto referuntur. Ceterum  
vixit non 54. tantum annos, sed 55. vel  
56. Vellejus II. 4. *Decepsit anno ferme LXI.*  
qui numerus male istic sollicitatur à Lipsio.  
Certus enim est etiam ex Livio XLIV. 44.  
ubi Scipio hic dicitur *Septimum Decimum*  
tunc agere annum, quando vincebatur Per-  
seus à Paulo. Constat autem omnium con-  
fensus, annis 39. post mortuum, atque ita an-  
no ætatis LXI. Adde & omnino Cicer. in  
*Somnio Scip.* apud Macrob. I. 5. Cum atas  
tua septenos oīties Solis anfractus reditusque  
converterit, duoque bi numeri summam tibi  
fatalē conferint. Summa hæc fatalis Sci-  
pioni ex oīties septenis annis est 56. annorum.  
Sine dubio igitur errantem Plutar-  
chum secutus est Noster. Nam hic utrius-  
que consensus facit, ne Librariis culpam  
hanc adscribam. Gravior est error in ætate  
*Scipionis* hujus apud Gellium III. 4. ubi is  
ait, illum, postquam Censor jam fuerat, ac-  
cusatum à Tribuno pl. Claudio Asello, cui  
equum in Censura ademerat, & addit in eo  
tempore *Scipionem minorem quadraginta annos*  
opere narrat nobis etiam Polybius in *Excerptis*  
pag. m. 1427. Valer. Max. IV. 3. 13. Pli-  
nius *Nat. Hist. XXXIII. II.* & Frontinus

dam ei scutum eleganter ornatum  
ostendisset, dixit: Atqui Roma-  
num civem decet in dextra spem  
repositam habere, non in sini-  
stra.  
Ephialtes Sophonidæ filius pau-  
perrimus fuit. Quum vero amici,  
decem talenta ipse darent, ipse ea  
non accepit, dicens: Hæc me co-  
gerent, reverent vos, aliquid præ-  
ter jus concedere: minus vero vos  
reverentem, nec gratificantem vo-  
bis quidquam, ingratum videri.  
agebat XLIII. & haec accusatio aliquandiu post  
demum facta est. Præterea mirabatur primo  
Gellius, Scipionem *rasitavisse barbam* in il-  
la ætate, jam fatis provecta; sed postea se  
reperisse ait etiam alios non admodum *fenes* id  
tunc fecisse, ut sunt Homines quinquaginta  
circiter annos nati. PERIZ.  
<sup>16</sup> Οὐντ ἀνίδοτο] *Neque vendidit*, scil. ut  
pecuniam haberet, qua emeret subsidia vita,  
aut alia ad corporis cultum pertinentia. Eo  
autem declaratur ipsius frugalitas, ut qui vi-  
xerit solis agrorum suorum fructibus. Sic  
passim eo sensu id verbum occurrit. Aristot.  
*Œconom. II. 3. διδέρρες χερμάτων, ἀνίδοτο*  
τὰ τεμφὶ τὰ δημητρῶν. *Vendiderunt*, quia indi-  
gebant pecunia. quid clarius? Ibid. εἰπε δὲ ἐκ  
λογῆς, εἴ τις διδέρρες εἴτε, εἴ τις πειαστας παρ-  
είτε, neque vendere quicquam alteri, neque  
emere ab alio. Et cap. 20. jubet Dionysius  
Rheginos à se captos redimere suam liberta-  
tem, ne venderent tribus minis, quos cum  
attulissent, ἀλλ' ἢ το τὰ σάργανα παρείτο,  
corpora ipsorum nibilo minus vendidit. Non  
notarem hæc, nisi nuper vidissim quandam  
publica in Dissertatione hæc Æliani verba ex-  
plicare, neque redditum, scil. quod debebat:  
quasi voluisse Auctor, nihil unquam eni-  
quam debuit, nihil sumvit mutuum, quod  
reddi deberet. Id vero quid est aliud, quam  
ineptire? Frugalitatem & modicas *Scipionis*  
opere narrat nobis etiam Polybius in *Excerptis*  
pag. m. 1427. Valer. Max. IV. 3. 13. Pli-  
nius *Nat. Hist. XXXIII. II.* & Frontinus

Strategem. iv. 3. 9. PERIZ.

17 Αστίδα &c.] Habet & hoc Plutarchus in *Apophth.* ut & Polyænus viii. 16. 4. ac Frontinus iv. 1. 5. Aliud est ejusdem apophthegma, quod refertur Livii Epit. lvii. Alii scutum parvum habiliter ferenti, scutum amplius eum scutum justo ferre: neque id se reprehendere. Hinc forte scribendum, alius scutum parvum habiliter ferenti, ampliusque justo scutum ferre jussit, nempe dicebat, quod verbum in praecedenti periodo præcedit.

18 Αλλ' εἰς τὴν δέξα] Medic. & Sluisk. εἰς τὴν δέξα.

19 Εφιάλτης] Vide Nostrum supra lib. II. cap. 43. SCHEFF.

Εφιάλτης] Vide supra de Eo ad II. 43. & de Ejus Abstinentia Plutarch. in *Cimonem* pag. 485. Mox Sluisk. πῶς μὴ ἀναγνώσει. PERIZ.

## K E F. I.

Περὶ Ζαιλοῦ.

**Z**αιλὸν ὁ Αμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς Ομηρού γένεταις, καὶ εἰς Πλάτωνα, καὶ εἰς ἀλλούς, οὐτός οὐτός μὲν ἀκουστὸς ἐγενέτο. οὐτός οὐτός οὐτός οὐτός.

**Z**oilus Amphipolitanus, qui & in Homerum, & in Platonem, aliosque calamus strinxit, Polycrates fuit auditor. Hic vero Polycrates accusationem scripsit contra

So.

1 Σαιλὸν ὁ Αμφιπολίτης] Vitruvius in *Præfat.* lib. vii. Macedonem facit. Nempe quia urbs est Macedoniae Amphipolis, ut Suidas aliique docent. In sequentiibus annis, inquit à Macedonia Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut Homeromastix vocaretur, Alexandriam venit &c. Eustathio est Ephesius Ia. B. τὸν ἐμπροστήσατο Εφεσίος Σαιλού μερόμενον τῷ πολυτῷ &c. vide & Strabonem lib. vi. SCHEFF. Illi respondit Athenodorus frater Arati Poëta, ut in vita Arati legere est. de Zoilo vide Jonsum Hist. Philosop. p. 36. Quintil. cap. 17. Colomes p. 216. Vossium P. II. Rhet. cap. 6. KONIG.

2 Ζοίλης] Satis ipse Auctor hunc Hominem describit, ac suis depingit coloribus. Diogenes tamen Halic. in Epist. ad Pompejum

laudare videtur Hominem, certe inter eos refert, qui Platonem reprehenderint, non per invidiam aut odium, ἀλλὰ τὴν ἀληθεῖαν τοις, sed studio veritatis. Ætas Hominis incerta est. Nam Vitruvius Præfat. lib. vii. refert ad tempora Ptolemæi, qui bibliothecam condidit, h. e. Philadelphia: & eum sequitur Vossius. Opponunt se Reineius Var. Lect. III. 2. & Jonsius de Script. Hist. Phil. cap. 9. quia scilicet Polycrates dicitur fuisse auditor, de quo mox, & Præceptor Demosthenis, atque Anaximenes, qui Comes fuit Alexandri. At posterius hoc nihil impedit, quo minus Zoilus jam senex attigerit primos Philadelphi annos. Nec enim necesse est, statuere eum natu multo majorum istuc Anaximene, quem sæpe quis artem quan-

Socratem. Zoilus autem ille, Canis rhetorius vocabatur. Erat autem habitu talis: barba ipsi promissa erat, caput vero usque ad cutem rasum, & pallium supra genu desinebat. Studiofus autem erat male loquendi, ac inimiciis exercendis cum multis *Hominibus* vacabat, & ob-

trec-

te, putavit ipsum *Orationem*, quæ *Polycratis* dicebatur, esse falsam. Sed & hoc nihil est. Revera enim Polycrates scripsit Socratis accusationem, non autem eam, qua usi sunt Anytus & Melitus, verum aliam aliquandiu post, ingenii, ut videtur, ostentandi causa, certe eodem animo, quo scripsit Idem *Bufiridis laudationem*. Liqueat hoc ex Isocratea *Bufiridis Laudatione*, & ejus *Praefatione* ad hunc ipsum *Polycratem*, cujus via in Socrate vituperando & Bufiride laudando istuc notat. Voluit idem Suidas, sed qui corruptus leviter nullum pene sensum exhibet: Πολυκράτης Αθηναῖος Ρήτωρ, δεῖος π., καὶ τῆς κατὰ Σωκράτες λόγου διδάσκων Αντίτιτος Μελίτη γένεταις. Alienum est illud διδάσκειν tali modo positum. Sed lege διδάσκων Αντίτιτος Μελίτη, h. e. post Anytum & Melitum. Hi enim, ut notum est, primi accusarunt Socratem, & publice quidem, ac vivum; post eos, & illo iam mortuo, id iterum ausus est. Polycrates, sed animi, ostentandique ingenii, causa. Meminit ejus etiam Dionys. Halic. in Isœo circa finem, ubi ejus dicendi virtus commemorat, & in lib. de Demosthenis eloquent. p. m. 167. PERIZ.

3 Πολυκράτης] Sic Laertius vita Archelai, adde quæ notantur ibi à Menagio pag. 57. SCHEFF.

4 Τὸν μὲν γένετο &c.] Habitus ille erat satis

ridiculus, sed affectatus à severioribus Philosophis. Gellius IX. 2. Barbam tribuit cuidam prope ad pubem usque porrectam. Sed & Lucianus passim eos ait ἀποτάσσειν πάγωσιν, promittere barbam, in *Icaromenippu* pag. 300. & η γένετο μολεῖς Πανί, mento similes Panī, in Bis accusato p. 315. Idem vero habebant comam supercilio breviorem, ut loquitur Juven. Sat. II. 15. quales à Græcis dicebantur

Tt tt 3

χε, καὶ φογερὸς ἦν ὁ Κακοδάίμων.  
Ηρπτο σὺν αὐτὸν τις τῶν πεπαιδευ-  
μένων, διὰ τί κακῶς λέγει πάντας.  
Ο δὲ, ποῖσται γὰρ κακῶς θουλόμενος  
οὐ δύναται.

κακοδάίμονος, vel κνεῖα, cū χρεῖ. Hinc Lucian. in *Hermotimo*, pag. 546. Philosophos describit ἄρρενας, cū χρεῖ κνεῖας τὸς πλεῖστος, *Viri- li*, h. e. Barbato, vultu, plerisque etiam ad cunctem tonsos. Mox ibidem tribuitur illis ἡ πλεῖστη βαθὺς, καὶ cū χρεῖ ἡ πλεῖστη. Idem in *Auctio- ne* pag. 374. proprie *Stoicos*, τὸς δὲ τὸς Στοῖς, facit cū χρεῖ κνεῖας. At in aliis Hominibus vitio μικρολογίας, seu sordide parsimoniae, adscribit illam κνεῖαν Theophrastus in *Charac- teribus*. PERIZ.

5 Κίνηστο cū χρεῖ] Id quod sordidius viven-  
tibus apud Græcos erat usitatum. Theophras-  
tus in *Charactere μικρολογίας*, εἶδεν ἵστην αὐτὸς  
PERIZ.

## ΚΕΦ. 12.

## Περὶ Διονυσίου Ὅ Σικελοῦ.

Οτι Διονύσιος ὁ Σικελὸς ἦν  
τὴν ιατρικὴν ἐσπεύδε καὶ αὐτὸς,  
καὶ

1 Πιεὶ τὸν ιατρικὸν ἔσταδος] Non scio fa-  
cis, an sic Noster scripsérit, exprimit enim  
illud σωδᾶν, festinationem junctam cure,  
quæ hic nulla potest intelligi. mallem ergo  
scribere, ἐπεδῶν. SCHEFF. Hoc ἐπεδῶν  
explicat, non corrigit τὸν ἐπεδῶν. Nam σωδᾶν  
idem quandoque est, quod σωδάζειν.  
Hesychius, σωδᾶν, σωδάζω, ἐπεργῶν. adi-  
etiam Suidam & Phavorinum in bac voce.  
Herod. lib. I. πάντα σωδᾶν, ἀσωδᾶν, no-  
li agere, id quid agis. Bene igitur Noster  
ait, ἔσταδος τὸν ιατρικὸν, operam dabant me-  
dicinae. KUHN.

Πιεὶ τὸν ιατρικὸν ἔσταδος] Nempe antiquis  
illis temporibus paucissimi erant Medici, at-  
que ideo Celsus in *prefat. lib. 1.* observat,  
Medicinam primum constitisse in Chirurgica  
cuntum, & vulneribus curandis, morbos ve-

trectator erat ille Infelix. Rogabat  
ergo eum quidam ex eruditis quam-  
obrem de omnibus male loquere-  
tur? At ille, quia male facere,  
quum velim, non possum.

cū χρεῖ κνεῖας, adde Casaubonum. SCHEFF.  
6 Υπειρ ἡ γόνη] Etiam hæc sordidorum no-  
ta, uti refert ante dictus Theophrastus capite  
τῶν μικρολογίας, ἵστη inquit, αὐτὸς εἶδεν φοῖν-  
ικοῦ εἰλάτιον τὸ μικρὸν τὸ ἴρφανα. SCHEFF.

Υπειρ τὸ γόνη] Sic & Theophrastus d. I. ut  
jam monuit Schefferus, sordidos dicit τοις  
φοῖνις τὸ εἰλάτιον τὸ μικρὸν τὸ ἴρφανα, qui gesti  
vestes brevibus ipsis breviores. Sed magis  
appositum videtur, quod suspicatur istic Ca-  
saubonus, εἰλάτιον τὸ μικρὸν, quæ non perve-  
niunt ad infimum femur. De re ipsa Vide  
etiam Ferrarium de Re Vestiar. II. 4. 7.  
PERIZ.

## C A P. XI.

## De Dionysio Siculo.

Dionysius Siculus medicinæ na-  
vabat operam, & sanabat,  
&

ro ad iram Deorum immortalium relatós, &  
ab iisdem opem posci solitam: Sed & hæc  
dein diu in Sapientiæ seu Philosophiæ disci-  
plinis, donec Hippocrates primus ab studio  
Sapientiæ disciplinam hanc separavit. Nihil  
ergo mirum, etiam Reges ac Tyrannos,  
quum primum excoli ea coepit, ejus cognoscendæ studio ductos. Dionysius autem vi-  
xit paulo post Hippocraten. Quin & diu  
postea Mithridates Ponticus artis istius scientia  
& cultu celebratur à Plinio *Nat. Hist.* xxv.  
2. De Philosophis Medicis egimus *supra ad*  
*ix. 22.* Sluisk. hic legit, ἔσταδος καὶ αὐτὸς, καὶ  
ἴαν, καὶ ἑρατῆ &c. PERIZ. Nec aliter Me-  
diceus. Vulg. ἔσταδος, καὶ ἀντὸς ίατρ. quod  
præter morem Ælianii est.

2 Καὶ ἔστην, καὶ ἑρατῆ] Inter Medicinæ par-  
tes antiquissima fuit Chirurgica. Atque ideo  
mo.

## LIB. XI. CAP. XI.

## 703

καὶ ἔστην, & καὶ ἑρατῆ, καὶ ἔστη, & secabat, & urebat, & reliqua  
καὶ τὰ λοιπά.

monet Celsus d. I. ex Homero, Podalirium  
& Machaona in Bello Trojano sociis non in  
pestilentia, neque in variis generibus morbo-  
rum, aliquid attulisse auxiliū, sed Vulneribus  
tantummodo Ferro & Medicamentis mederi so-  
litos esse. Ex quo apparet (addit) has partes  
Medicinae solas ab his esse tentatas, easque esse  
vetustissimas. Cœpit tamen etiam hæc Chi-  
rurgica demum ab Hippocrate potissimum  
excoli. Unde Idem in *Prefat. lib. VII.*  
Hæc autem pars (Chirurgica) cum sit vetu-  
stissima, magis tamen ab illo parente omnis  
Medicina Hippocrate, quam à prioribus, ex-  
ulta est. Erat autem huic Medicina maxime  
proprium, καίνων καὶ τίμων, urere & se-  
care. Vide *supra ad III. 7.* Accedebat tamen  
etiam medicamentorum confectione ex  
herbis. Unde Celsus Vulnera curata ait  
Ferro & Medicamentis. Sed & hinc Hyginus  
*Fab. 274.* Chironem Centaurum ait Medicinam  
Chirurgicam ex herbis primum instituisse.  
Ubi Vide & Munkerum. Plutarchus etiam in  
*Discr. Amici & Adul.* præcipit in admoni-  
nendo imitandos esse Medicos, qui τιμονί-  
τες, quum bene secuerint, non relinquant pla-  
ge dolorem, sed mox lene aliquid infillent  
vulneri, oleum, scilicet, aut succum ex

## ΚΕΦ. 16.

## C A P. XII.

Περὶ πλακοῦντος Σωκράτει ὑπὸ Ὅ  
Αλκιβιάδου πεμφθέντος.

1 Πλακοῦντα ὁ Αλκιβιάδης μέγαν,  
καὶ ἐσκευασμένον κάλλιστα,  
3 διέπεμψε Σωκράτει. Ως οὖν ὑπὸ<sup>εκ-</sup>  
ἔρωμένου ἑρατῆ πεμφθεὶ τὸ δᾶρον

tarum quamplurima commemorat & exponit.  
Emendandus autem Ille sine dubio ex hoc  
Ælianii loco, ut jam monuit Kuhnii. Nam  
idem Xanthippes factum & Socratis dictum  
refert, sed breviter. *Quæ descripsimus*, ait,

ἐκκαυτικὸν τὸν πλακοῦτα, οὐ γαντήσασα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐ Σανθίπη, ρίψασα ἐκ τῆς κανοῦ, κατεπάτησε. Γελάσας δὲ ὁ Σωκράτης, οὐκοῦ, ἔφη, οὐδὲ σὺ μεθέξεις αὐτοῦ. Εἰ δέ τις σίεται περὶ μικρῶν με λέγειν, λέγοντα ταῦτα, οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ ἐκ τούτων ὁ σπουδαῖος δοκιμάζεται, ὑπερφρονῶν τὸν αὐτὸν, ἀπερ οὖν οἱ πολλοὶ λέγουσιν εἶναι κύριον τραπέζης, καὶ σάιτος ἀναθήματα.

ΚΕΦ.

† τέττα.

*nomina placentarum, eorum Te quoque participem faciemus, ἐχόντες τὴν Αλκιβιάδες πεμφθέντας Σωκράτες, οὐ Σανθίπην κατηγελασσόντας, οὐ Σωχράτης, ἔχοντας ἔφη, ἐδὲ σὺ μεθέξεις τέττα. Lege εἰς τὴν Αλκ. π. Σ. οὐ Σωχράτηντόντας οὐ Σ. Non ut illius ab Alcibiade missa placenta, quam cum conculcavisset Xanthippe, dixit Socrates &c. Mox apud Nostrum in Sluisk. legitur ἐκκαυτικὸν τὸν πλακοῦτα, quod forsitan rectius. Requiri epim videtur demonstratio talis Articuli. PERIZ.*

*2 Εσκενεντορόν καλέσα] MS. Med. & Sluisk. μάλιστα.*

*3 Διέπεμψε Σωκράτει] More amantium, ut in sequentibus indicatur, docetque Aristophanes, quando anum juvenis amore flagrantem introducit in Pluto, mittentem juveni πλακάντα καὶ τὸ ἄλλα τραγήνατα. SCHEFF.*

*4 Οὐδὲ σὺ μεθέξεις αὐτὸν] Quod propterea ipsi durum erat quia in præcipuis deliciis placenta fuerunt apud Græcos veteres eosque ditiores. vulgus enim pauperesque propter caritatem emere non poterant. Lucianus epist. II. Satur. καὶ γένι τὸν ἴστην πλακάντας με οὐ τὰς μόρους καὶ πλακάντας ἐμφεύγειν, οὐ μάρτιον καὶ καρδαροντὸν ἡ θύμη τὴν κρίσιν. Vide eundem in Symposio. Et Casaubonum in Comment. ad Athenaeum lib. III. cap. 29. SCHEFF. Ex Zelotypia Xanthippe pedibus pla-*

tori mislam, ut ejus amorem accederet, graviter suo more ferens Xanthippe, eam de canistro ejectam concavit pedibus. Ridens vero Socrates, Non ergo, inquit, neque tu quicquam ex ea habebis. Quod si quis putat de rebus exilibus me loqui, quando illa narro, is sane non novit, ex his etiam virum strenuum probari & agnoscere, si ea nihil pendat, quæ vulgus ornamenta dicit esse mensæ, & convivii donaria.

CAP.

centam obtrivit. Erat enim δόγος ἐκκαυτικοῦ, amoris auctoramentum & incentitum. Athenæus lib. XIV. cap. 13. habet, Xanthippen modo derisissime Socratem, cum illi in Alcibiade placenta veniret, nisi quis malum, Athenæum illo loco mutillum & ex Nostri supplendum esse. Non enim pro Xanthippe, impotentissima muliere, fuerit, solo denili maritum perstringere: nec Socratica parturia, ob risum tralatitudinum, uxori dixisset, οὐδὲ σὺ μεθέξεις τέττα. ideoque nec ipsa ea frustra. An igitur cum Æliano legendum, οὐ Σωχράτης καταπατέσσεις, γελάτας οὐ Σωχράτης, γελάτας (placentam) conculcante Xanthippe, ridens Socrates &c. viderint docti. Interim in confessio est, Ælianum sæpe gemina germaniis, quæ Athenæus tradit, afferre, adiutorum, ut verba quandoque verbis respondeant. KUHN.

*5 Δαγῆς ἀνθέματα] Phrasis est Homericæ de cantu & saltatione, quæ Conviviis funguntur. Odyss. A. 152. Ατούτη σατιάτης περὶ νεροντὸν & ποτοῦ προς, alia tunc illis curæ erant.*

Μολὼν τὸν δεκτούς τε, τὰς τὸν ἄλλα τραγήνατα διηγεῖς.

*Cantus, & saltatio, hæc enim sunt præcipua convivii, scilicet, ut Donaria sunt in templis. PERIZ.*

## LIB. XI. CAP. XIII.

705

ΚΕΦ. ιγ.

Περὶ τῆς ἐν Σικελίᾳ ὀξυδεργοῦς ἀνδρός.

**A**νδρά Φασὶ Σικελιώτην<sup>2</sup> οἷον βλέπειν ὥσπερ γενέας ἐν Σικελίᾳ, ὃτε αὐτὸν, τὸν τὴν Διλυσάντας

eis

*i Ανδρα Σικελιώτην] Cujus nomen Strabo erat, telle Solino cap. 6. & Varrone apud Plinium lib. VII. cap. 21. SCHEFF.*

*Σικελιώτην] Stephanus de Urb. in Sicilia. Τὸν ἐθνικὸν, Σικελον, καὶ Σικελιώτα, καὶ οἱ μόρι οἱ τὴν εἰσιτεῖς τὸν ἀρχηγόντας τὸν κόρεας, ἀφ' οὗ καὶ οἱ κόρεας, οἱ Κίλικες οἱ τὸν τὴν Κίλικον, τὸν τὸν Κίλικην. εἰ δὲ ἐπιγενόρδρος, τῷ τῷ κόρεας διοίστης αρεπικληρόντιον πατρόστηντας, οἱ δὲ τὸν τὴν Φθιάς Φθιάται, τὸν τὸν Ιταλίας τὸν Σικελίας, Ιταλιώταις τὸν Σικελιώτας.*

*2 Οἷον βλέπειν ὥσπερ] Legarem iδεῖν. βλέπειν ὥσπερ εῖται, quod Horatius dixit, cernere acutum. Persæ habent etiam acutissimi visus puellam, Jamam nomine, quæ ut ipsi ajunt, cœruleis oculis prædicta, equitem itinere tridui distan- tem videre potuit, consideratque in monte dahana, ab Irwan in ortum uno die, usque Tebeite montem, 2. dierum ab Irwan in occasum, & inde videbat hinc prodeentes prædones. Iudicium de hoc plus quam aquilino visu extat apud Brodaum lib. VIII. Miscell. cap. I. KUHN.*

*Οἷον βλέπειν ὥσπερ γενέας] Sic & MSti. Sed sine dubio locus est corruptus, legendumque cum Kuhnio ὥσπερ. In vulgato nullus est sensus. Nam licet recte dicatur ὥσπερ βλέπειν, illud hic tamen ferri nequit, quia sic plane abundaret & inutile esset illud οἷον, à quo pendet βλέπειν ὥσπερ. Construetio enim est, in qua hæsitari video, γενέας οἷον βλέπειν. h. e. potuisse videre acutum, siue idoneum ad vi- dendum acriter. Supra IX. 38. μέτρη μονάχα, τῷ οἷον διεῖν γραῦντας, idonea, μηδεπιπλανητας. XIV. 37. ὥσπερ οἷον τὸ Μυστήριον*

**H**ominem quandam Siculum fertur adeo acutum videre potuisse in Sicilia, ut ē Lilybæo usque ad

ἔδη φευδίσκητα φευδίσκητα μῆνα, nemo ansus est, potuit ab animo suo impetrare, ut exhiberet nobis &c. Epictetus cap. 38. ἄλλως δὲ ἐκ εἰδούς τῷ γενίσθει, aliter id fieri non potest. Dionys. Halic. lib. II. pag. 124. οἷον μορίον τὸ τρίτην γενίσθει, qui nihil mentiri poterat, non im- petraret ab se, ut mentiretur. PERIZ. οὗτον βλέπειν, recte legendum vidit Cl. KUHN. Pausanias lib. IV. cap. 2. de Lynceo: ὃν τὸν πίθαρον οὔτος ὥσπερ οὐδὲν, οὐδὲ διὰ σολήνες θεούσις δευτέρῳ.

*3 Εἰ τὸν Αιλυνότα τὸν Καρχηδόνα] Lilybæum Sicilia est promontorium, quod, ut aucto- Cicero apud Plinium à Carthaginem distabat cxxxv. M. passuum. Strabo lib. VI. εἰσὶ τοιοῦτοι οἱ Αιλυνοί τὸν Βλάχιστον διαρρέοντες τὸν Καρχηδόνα. Subjicit dein hoc ipsum, quod à Nostro memoratur, ut & Nazarius in Panegyrico dicto Constantio, Vater Maximus lib. I. cap. 8. & Plutar- chus lib. aduersus Stoicos. SCHEFF.*

*εἰ τὸν Αιλυνότα τὸν Καρχηδόνα] Strabo ait lib. VI. pag. 257. & lib. XVII. pag. 834. mini- mum esse, inter Lilybæum & Libyam seu Carthaginem, spatium 1500 stadiorum. Plinius vero VII. 21. spatium hoc definit tan- tum cxxxv. mill. passuum. At hæc summa passuum ne mille quidem & centum facit stadia. Sine dubio excidit apud Plinium litera L. legendumque CLXXXV. mill. passuum: quæ summa etiamdum minor est 1500 sta- diis, sed explebit tamen ea, si illi insuper addas tantum 2500 passus. Homo autem iste, qui acutum adeo cernebat, appellabatur Strabo, & celebratur eo nomine in*

Histq.

eis Καρχηδόνα τείνατα τὸν ὄφθαλμὸν, μηδὲν τὰς ὄψεις σφάλλεισθαι· καὶ ἡ διπλεῖσθαι λέγουσι τὸν ἀεθμὸν τῶν γεων τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος· καὶ αὐτὸν ἐψέυσατο οὐδεμίαν.

ad Carthaginem si oculos interderet, nihil visu falleretur: & numerum navium, quae Cartagine solvebant, indicasse eum tradunt: neque vel in una falsus fuit.

Historiis veterum, memoratus à Strabone lib. vi. Plinio d. l. Valerio Max. i. 8. 14. Conjugitur cum Lynceo, itidem celebri, sed in Fabulis, ob acutissimum visum, à Plutarcho contra Stoicos, non longe à fine, & à Nazario Panegyr. p. m. 239. Hinc Error ad Horatium Satyr. i. 2. 90. Acronis, & illius Scholiaſtæ, quem edidit Cruquius, qui ex Lynceo & hoc Strabone unum faciunt Hominem. Nam Lynceus, ajunt, Apbarei F. tanto fuit oculorum acumine, ut per parie-

tem videret, qui stans in Sicilia videbat nates ex Africa solventes. PERIZ.

4. Αποδεῖσθαι] Leg. διπλεῖσθαι. FABER. An non διπλεῖσθαι? Sensus id requirit. Et sequitur eodem Tempore, Εἰσένεσθαι. Sæpiissime autem in his extremis Syllabis errarunt librarii propter compendia scriptionis in iis usitatissima, & in prioribus librariis adhibita. Sed & ita voluisse video etiam Fabrum, quod miror à Schefero prætermisum. PERIZ.

## ΑΙΛΙΑΝΟΥ

## ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ διδέκατον.

ÆLIANU  
VARIÆ HISTORIÆ  
LIBER XII.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ Ασπασίας.

CAP. I.

De Aspasia.

**A**σπασία ἡ Εγμοτίμου θυγάτης, ἡ Φωκαῖς, ἐτραφή μεν ἐν ὄρφανίᾳ ἢ μητρὸς αὐτῆς αὐτοθανάσις ἐν ὥδιοι· ἐκ δὴ τούτων ἐν πενίᾳ μὲν ἐτράφη ἡ Ασπασία, <sup>2</sup> σωφρόνις μέν τοι, καὶ καρτερᾶς. Orieip<sup>3</sup>

**A**σπασία Hermitimi filia, Phocæensis, in orbiitate matris suæ, in partu mortuæ, est educata: atque ideo laboriose educata est, pudice tamen & severa. Insomnium vero ipsi assidue supervenierat;

I. Ασπασία] Verum mulieris hujus nomen Milto erat, uti in sequentibus docetur, Aspasia autem nomen habebat à Cyro impositum, ex nomine celeberrimæ meretricis Milesiae, quæ Platone in Menexeno, Suida, item Athenæo l. xiiii. testibus familiariter cum Socrate vixit, eumque rhetoricon docuit. Plutarchus in Pericle. ἐπειδὴ τὸν Ασπασίαν μορφὴν καλεῖται λέγοντο οἱ τε καὶ

Κῦρον τὸ πλευριστόν βασιλεῖ τὸ Περσῶν ἡγεμονίας, τὸν ἡγαπωρόβιον τὸν αὐτῷ μαίνεται τὸν παλλακίδεν Ασπασίαν ἐπεμάσα, καλεθεὶς Μίλτα αεσπερον. Λίβη Φωκαῖς Βαΐω, Ερμοτίμη θυγατρεῖς σὺν τῇ μάχῃ Κύρῳ ποντιώτῳ ἀπακριθέσα τετραπλία, πλεῖστον ἤζυσε. SCHEFF.

2. Σωφρόνις φύσις καὶ καρτερῶς] Vertitur summa tamētō modestia, εἰ temperantia. Neutrūm  
VV VV 2

ὅτι αὐτῇ συνεχῶς ἐπεφοίτα, καὶ bat, & bona illi augurabatur, sub-  
τὸν ἔμαντεύετο αὐτῇ χρησόν, τὴν μέλ-  
λουσαν αὐτῇ τύχην ὑπαντίκουεν<sup>3</sup>,  
ὅτι καλῷ καὶ ἀγαθῷ συνέται ἀνδέι.  
Παῖς δὲ ἦτι οὐσα, γίνεται αὐτῇ  
χτεῖς προσώπου Φῦμα ὑπὸ αὐτὸ-  
τοῦ γένειον, καὶ ἦν ἴδειν μοχθηρὸν,  
καὶ ἐλύπη τὸν τε πατέρα, καὶ  
τὴν πάνδα. Δείκνυσι γοῦν αὐτῇ ὁ  
πατὴς ἵστρῳ. ὁ δὲ ὑπέρεχετο ἱσσα-  
δαῖ, εἰ λάθοι, τρεῖς τατῆρας.  
ὁ δὲ ἕρατο μηδὲ ἔχειν. ὁ δὲ ἵστρος,  
μηδὲ αὐτὸς εὐπορεῖ Φερμάκου, Φη-  
σιν.<sup>4</sup> Καὶ μάτιο, ἀσπερ εἶκος,  
ἐπὶ τούτοις ἡ Ασπασία, καὶ ἀπελ-  
θοῦσα ἔξω ἐκλασεν. ἔχοντα ἐν τοῖς  
γόνοις μάτιοπτρον, καὶ ὄρῶσα ἐξυ-  
τῆν ἐν αὐτῷ, σφύρει μῆλον. Αδεπτον  
δὲ

indicans futuram ejus fortunam,  
quod cum viro egregio bonoque  
victura esset. Cum vero puella etiam-  
dum esset, natus est ei tumor in  
vultu, sub ipso mento, & erat  
aspectu foedus, ac tum patri, tum  
puellæ, magnum dolorem affere-  
bat. Pater igitur eam medico  
ostendit; qui se curaturum recepit,  
si tres acciperet stateres. At Ille  
non habere se dixit: tum vero me-  
dicus, neque sibi medicamenta co-  
piam esse, ajebat. Et modesta erat, ut  
verisimile est, hiscerebus Aspasia, &  
foras egressa, flevit: ac speculum  
in genibus habens, feseque in ipso  
contemplata, vehementer doluit.

Quum

trum recte. Σωφρόνιος est pudice. Pauperi-  
mæ enim Virgines sape ceteroquin opu-  
lentiorum hominum libidini, volenti-  
bus ipsis parentibus suam pudicitiam o-  
lim prodebant. Sic iv. 1. Λυδοῖς ἔθος λοι,  
τοῦ συρινῆς τὰς γυναικας αἰδάνον, ἵταρεν,  
διπλὸς δὲ κρητεῖοντος συφιονεῖν. Et x. 2. de  
Eubatæ & Laide, & μηδὲ αμιλησεν αὐτῇ, σωφρό-  
νιος θεοφίλος. Et mox ibidem Eubatæ Υχοτ  
dicitur illius σωφρονήν rependisse statuam.  
Κατερέπεις autem notat Severe, duriter, &  
ita, ut non facile succumbat malis. Sic Epi-  
stetus Enchirid. cap. 14. jubet quemlibet se  
explorare adversus omnia mala, & querere  
virtutes ad affectus domandos idoneas: & ita  
libidini opponit ἐγκρέτειαν, at κρητεῖαν, τὰς  
πόλεις θεοφίλητας, constantiam ac firmitatem  
animi, si obveniat labor, h. e. aliquid mali,  
cum quo luctandum est. Malui etiam εἰ μή  
vertere laborioso, h. e. in multis difficultatibus & molestias, quas accidere oportet in-  
fantibus, quæ matrem amiserunt. Nec enim  
ratio est ulla, aut consequentia in eo, amisi-  
sit matrem, ideo educata est in paupertate:  
sed clarissima in eo, amisiit matrem, ideo la-

boriosam & exercitam habuit infantiam ac pue-  
ritiam, ut de Tiberio loquitur Suetonius.  
Plutarchus in Artax. ait frag. 1024. τιθε-  
ρόντος κρητινας, educatam decure, κονεστε. PERIZ.  
3 Εμαντεύετο αὐτῇ κανεῖν<sup>5</sup>] Omissa hac  
erant in Versione. Sensus est, bona il-  
li Vaticinabatur, augurabatur, obscurare sig-  
nificans futuram ejus fortunam. Mox Lugd.  
Codex habet, τὸν μέλλοντα αὐτῆς τύχον, quod  
videtur melius, quia bis præcessit in proxi-  
mis αὐτῇ. PERIZ. Pro αὐτῇ, quod prono-  
men in sequenti periodo repetitur, Parens meus  
legebat αὐτῇ. Nam quod Leidenensis codex mor-  
habet αὐτῇ, prorsus nihil est, quum μέλλει  
αὐτῇ τύχη dictum sit eodem modo, quo supra  
lib. I. cap. 29. νῦν τὸ σημεῖον τότο τὸ Νικητα-  
τὸν τυγχνίδα τὸ μέλλοντα αὐτῷ ματέσσονται.

4 Τρεῖς τατῆρας<sup>6</sup>] Intelligo aureos, quim  
axime in usu, & potissimum hoc vocabulo  
designabantur, præsertim in Asia. Pollux  
lib. ix. quum dixisset nummos Daricos, Phi-  
lippeos, Alexandros, esse stateras, omnes au-  
reos, subjicit, καὶ εἰ μή χρυσος εἴποις, αγρα-  
κές] ἐστατη, εἰ δὲ σατηνείποις, εἰ πάντας εἴποις.  
Et si quidem Aureos dicas, intelligitur

βα-

διοῖσιν ὑπὸ τῆς ἀρίστης ἀρίστητο δι-  
εῖ μάλα διατηρεῖται ὑπερού, καὶ  
ἄντα τῷ ὑπερὸν τῷ ἡ αὐτοῦ τῷ τῷ  
γίνεται, καὶ γενομένη γυνή, Θέρ-  
ρει, εἰπε, καὶ μακρὰ χαίρει εἰ-  
ποῦσα διατροφὴ τε αὐτοῖς, καὶ Φαρ-  
μάκοις, σὺ δὲ τῷ τῆς Αφροδί-  
της τεφάνω τῶν ροδίνων, οὐσι ἀγ-  
ῶσιν ἥδη αὖτις, τελέωσα, ἐπίπα-  
τε τῷ φύματι. Ταῦτα ἀκούσασα  
ἡ παῖς, καὶ δράσασα, τὸ φύμα  
ὑφανίδη<sup>7</sup>] κατέβασις καλλί-  
ση τῶν συκαρφέναι τῷ αὖτις, πα-  
ρὰ τῆς καλλίσης τῷ τῷ Θεών την ὄραν  
ἀπολαβούσα<sup>8</sup>] καὶ χαρίτων μὲν ἀ-  
φονίαν εἶχεν, ὡς οὐκ ἄλλη παθέ-  
νος τῷ τῷ τῷ τῷ δὲ καὶ τὴν κόμην  
ἔσυνθη, καὶ οὐλη τὰς τρίχας ἡρέ-  
μα.

† οἱ.

Stater, si vero stater dicas, non omnino intelligitur  
Aureus: non ergo omnino, nec Ubique: sed  
tamen potissimum & plerumque. Tres au-  
tem stateres aurei faciunt LX. Drachmas At-  
ticas, h. e. xviii. Carolinos nostrates: at  
Argentei tantum xii. Drachmas, h. e. LXXII. obolos, seu stuferos. PERIZ.

5 Καὶ μάτιο, ἀσπερ εἶκος, ἐπὶ τέτοιος ἡ Ασπασία,  
καὶ ἀπλαθόντα ἔξω ἐκλασεν, ἔχοντα εἰ τοῖς γό-  
νοις μάτιοπτρον &c.] Sic distinguebatur. Ma-  
lui Καὶ ἡ ἀσπερ εἶκος, ἐπὶ τέτοιος ἡ Ασπασία,  
καὶ ἀπλαθόντα ἔξω ἐκλασεν. Εχοντα εἰ τοῖς &c. Su-  
periora enim usque ad ἐκλασεν, pertinent ad  
tempus & rem cum Medico gestam. Quod  
vero speculum in manibus tenuit, seque in  
eo intuita est, illud postea & sæpius factum  
est, per quam causam repetita etiam sæpius  
tristitia, obvenit ei aliquando insomnium,  
quod sequitur. IDEM.

6 Ευκαιρος ἔθος<sup>9</sup>] Quomodo multi apud  
veteres ianati. Vide Tertullianum de Ani-  
ma, cap. 27, & ibi Feuardentium: Cicero-  
nen de Divinitat. I. Val. Maximum & alios.  
Imo non alia apud veteres frequentior ratio  
medendi fuit. Concedebant ægroti in tem-

Quum igitur præ dolore non co-  
nasset, plane opportunus ei som-  
nus obvenit, & simul cum somno  
columba accessit, & in mulierem  
versa, Bonum animum, inquit,  
habe, & medicos ipsos simul, &  
medicamenta, longum valere ju-  
bens, tu vero rosea ferta Venèris,  
quæ jam aruerint, contrita, tu-  
beri impone. Hæc ubi audisset  
puella & fecisset, tuber evanuit:  
rufusque Alpasia æqualium puer-  
larum erat formosissima, à pul-  
cherrima Dearum pristina pulchri-  
tudine recepta: et venustatibus  
quidem affuebat, ut nulla alia  
illius seculi puella: coma vero erat  
flava, capilliisque paululum cri-  
spi:

plum Æsculapii, ibique capiebant somnia,  
quæ curationis modum docerent. Habes  
apud Aristidem locis plurimis, & inde tabel-  
lae, somniorum indices, in templo ejus suspen-  
se, quarum aliquas vide sis apud Hieronymum  
Mercuriale de arte Gymnast. statim a prin-  
cipio libri. SCHEFF. Confer Justinum lib.  
xii. cap. 10. Curtium lib. ix. & ex recen-  
tioribus Doringum Medicum Giessensem lib.  
de Med. & Medicis fol. 59. KONIG.

phanum Byz.) ab heroe quodam Epidamno primum conditam & dictam volunt, fabula est mera, ab iis conficta, qui omnium pene Urbium & Locorum Nomina ad Heroem aliquem, seu notum, sive ignotum, referunt. PERIZ.

### ΚΕΦ. Ζ.

Παροιμία, καὶ ωὲι Φρυνίχε.

(Αειθμὸν σφηκῶν) Πτήσαι Φρύνιχον, ως τὸν ἀλεκτρυόν· παροιμία ἐπὶ τὸν κακῶς τι παχύνετων. Υπο-

CAP. XVII.  
Proverbium, ζ de Phryniche.

(Vesperum examen) Trepidat Phrynicus, ut gallus quis gallinaceus: Proverbium de iis, qui mali

I. Αειθμὸν σφηκῶν] Vide in Historia Avium nostra in Gallinaceo H. b. GESNER. Imo scribe potius, Αειθμὸν σφηκῶν, hoc est, Aristophanes in Comœdia ejus nominis, quæ hodieque extat. Sic eruditissime Leopardus lib. II. Emend. cap. 12. quem vide. SCHEFF. Ego vero, an aliiquid mutandum sit, valde dubito. Non enim solet Nostrum ita Auctōrem laudare, à quo sumpsit aliiquid deinde per αειθμὸν σφηκῶν sensus proverbii alias pendens suppleri videtur. numerum vesparum i. e. Judicūm tinuit Phrynicus, instar gallici. ipse Aristoph. in Vespis judices Atticos cum vespis subinde comparat, quia εἴσιν μερι & facile irritabiles erant σφηκῶν δικοῦ. Ergo majoris evidentiæ gratia ab Auctōre additum, τὸν αειθμὸν σφηκῶν alias Aristoph. ita effert proverbium.

Πτήσαι Φρύνιχος, ως οὐς ἀλεκτρος.  
Timet Phrynicus, gallus ut hospes.

ante Aristophanem Simonides, ni fallor, dixit. Εἴπης ἀλεκτρας δέλτας ως καλίνες πτερών, pertinuit ut servus gallus, demittens alas Plut. in Pelopid. posset etiam dici, vocem αειθμὸν μαλε coaluisse, ex A. i. e. Αεισφάντης, quod è margine in textum venit, & θυμόν, ιαμ. KUHN.

Αειθμὸν σφηκῶν πτήσαι &c.] Eruoite, ut

solet omnia, hunc locum tractavit Doctiss. Leopardus Emendat. II. 12. Et debuisset illi auctoritate Kuhnus. Adagium est antiquum apud Græcos, πτήσαι, ως οὐς ἀλεκτρυόν, vel ως ἀλεκτρως, ut patet ex Plutarchi Alcib. p. 183. Hoc transitulerunt Athenienses ad Phrynicum ex ea causa, quam Auctor hic refert. Inde ergo Aristophanes, Σφηκ, h.e. in Vespis, p. 536. πτήσαι Φρύνιχος, ως οὐς ἀλεκτρως. Censuit itaque Leopardus, pro illis Αειθμὸν σφηκῶν reponendum Αεισφάντης Σφηκ. Sed excipit Kuhnus, Nostrum non solitum laudare Auctores, unde aliiquid sumpsit. Et verum id est. Quapropter persuasiuum equidem habeo, verba illa Αειθμὸν σφηκῶν, quæ nihil pertinent ad hoc proverbium, & quorum etiam sensus est ab eo alienissimus, orta quidem ex compendiose scriptis, in margine primum, ac dein in Textu ipso, Αειθμὸν Σφηκ. Neutrum vero esse Auctoris Nostris. Confirmat me multum in hac sententiâ Lugd. Codex, qui instituta hæc & corrupta nullus agnoscit, & sine ullo indicio vitii caput incipit à πτήσαι. Neque alter Regius Par. B. sed & in Margine Regii C. annotatum est, Vacat in antiquo, h. e. deest. Nam & ita cap. 19. ad Αεισφάντης, quod item à quibusdam Codd. abest, adscriptum est in margine illud ipsum. Atque ideo suspecta hæc uncis inclusi, penitus ejicere non ausus,

Τηνορικού γάρ <sup>2</sup> Φρυνίχου <sup>3</sup>  
τεργυκοῦ τὴν <sup>3</sup> Μιλήτου ἄλωσι,  
οἱ Αθηναῖοι δικρύσαντες <sup>4</sup> ἐξέσα-  
λον δεδοκότα καὶ ὑποπτίσοιτα.

ΚΕΦ.

ausus, quia Sluisk. ea tuerit. De Phryni-  
cho abunde eginus ad III. 8. PERIZ.

<sup>2</sup> Φρυνίχος] Clarius hæc Strabo ex Calli-  
sthene lib. XVI. φησι γέ, ait, Καλλισθένης τὸν  
Αθηναῖον χιλίας δικρύσαντας Σιναθῆνας Φρύνιχον τὸν  
τεργυκόν, διὸ δέρματα ποτίσαντες Μιλήτον ἄλωσιν τὸν  
Δαρέαν. Nota non ejectum aut urbe expul-  
sum esse Phrynicum, ut Interpres opinatus  
est, sed pecunia multatum. Id quod verissi-  
mum. Testatur etiam Plutarch. in *Præc.*  
*Reip. Gerend.* ubi habet hanc historiam. He-  
rodot. Αθηναῖοι μὲν γέ δὲλον εἰσοισαν τοπεραχθε-  
θέντες τὴν Μιλήτον ἀλέσαι, τὴν τε ἄλλη πολλαχῇ καὶ  
διὰ καὶ ποιούσαι Φρύνιχον δέρμα Μιλήτον ἄλωσιν καὶ  
διδάκτην, ἐς δάκρυα τὸ ἔπος τὸ θέτρον, καὶ ἐξ-  
μιλῶσιν αἱ ἀναινίσαντα δικρύσαντα δικρύ-  
σαντος, καὶ εἰπεῖται μηδένα κατέβη τέτοιῳ τῷ  
δέρματι. Imposuit Interpres noliter nonnemini-  
ni ex iis etiam, qui adagia compilavere, ubi  
Phrynicus etiam ejectus scribitur. Porro  
historiam hanc habet etiam Herodotus lib. VI.  
& Suidas, cuius posterioris verba tamen cor-  
rupta, & ex Nostro emendanda sunt. SCHEFF.  
οἱ Αθηναῖοι οὐδὲλον Φρύνιχον, Interpres reddit,  
Athenienses ejecerunt Phrynicum. idque non  
male, si theatro ejjectum, explosum, exclu-  
sum, intelligas. Gloss. *Explosa* οὐδελόθεντα.  
& iterum, οὐδελόθεντα, explosus. Bene Do-  
natus in illud Terentii.

Partim sum earum exactus, partim vix  
steti.

sensus est, aut displicui, aut in aliquibus vix  
placuit &c. Et propriè locutus est. Nam fa-  
bulæ aut agi dicuntur aut share. Ergo fabula  
cum non stetit, exacta propriè dicitur, ut  
ex multis aliis in Terentio locis videre licet.  
Ita non urbe, sed theatro locoque scenico  
ejectus Phrynicus & mulctam quoque drach-  
marum millium dare jussus est. Quod Sui-  
dam attinet, ejus verba hæc sunt. Φρύνιχος οἱ  
Πέρσαι χιλίας οὐδελόθεντα, ἄλωσιν τεργυκρύσαντες

mali quid patiuntur. Quum enim  
Phrynicus tragicus Miletii expu-  
gnationem ageret, Athenienses cum  
lacrymantes ejecerunt theatro mo-  
tuentem ac trepidantem.

CAP.

Milētōn. Phrynicum Persæ mille drachmæ  
mulctarunt, cum Tragædiam de Milētō  
captivitate ageret, ad verbū descripta om-  
nia ex Scholiis in Aristoph. *Nepos*, nisi quod  
ibi melius legitur, ὁ (Φρύνιχος) Αἰλοῦν, quoniam  
Athenienses &c. confer Tzetzem Chishal.  
139. Ammian. lib. XIVIII. cap. 1. Kuhn  
3 Μιλήτον ἄλωσιν] Quam expugnarunt Pe-  
rsæ tempore Darii Hyrtaspis, VIIis interfeci-  
& feminis in servitatem abductis. Αἴγαριν  
autem tulerunt id Athenienses, qui jam sibi  
quoque metuebant à Persis. Atque ideo Phry-  
nicum mulctarunt 1000. drachmis, tanquam  
qui domestica sibi mala renovasset, telibus  
Herodoto VI. 21. Plutarcho in *Polit. præ-  
ceptis*. Strabone lib. XVI. Suida, & Schel.  
Aristophanis. Adde Tzetzem ad Hesiodum  
Egy. v. 414. sed ubi corrupte Φρύνιχος legitur  
pro Φρύνιχος: οὐ καὶ τοῦ Αἰλοῦν τὸ ἄλωσιν  
Τεργυκοῖς Φρύνικοῖς εἰσίτει, ζημιῶν ψεύ-  
δραχμῶν, ὅτι Μιλήτον τοῦτο Πέρσαι γυρφά-  
άλωσιν, οὐδὲ τὸ θέατρον τοῦτο δικρύσαντες  
καὶ εἰπεῖται μηδένα κατέβη τέτοιῳ τῷ  
δέρματι. Sicut etiam ante Άσσylum veritatis panis di-  
dit Phrynicus *Tragicus*, mulctatus mille  
drachmis, quod Miletii expugnationem à Per-  
sis factam scripsisset, & spectatores in lanta-  
tiones coniugisset. PERIZ.

<sup>4</sup> Εξέσαλον] Ejecerunt, vertit Vultejus sim-  
pliciter, quod erroris incusat Scheffens,  
quasi mens fuisse Vulteji, Phrynicum in  
Urbe ejjectum. Defendit Kuhnus, & accipi-  
sensu *explodendi*, *exigendi*, scil. ē theatro.  
Et recte prorsus. Nam ne dubitemus  
exactum tunc quoque & explosum Phry-  
nicum, Herodotus addit præter mulctam illi  
dictam, fabulam quoque abolitam ex usu ho-  
minum. Sed & εἰλάται notat quoque, in  
tione significationis haud dubie ē theatro pe-  
tenda, aliquid *contemnere*, *contempnit* οὐ-  
cere & aspernari. Supra II. 24. Hdy. I. in  
Milētōn πάρησαν οὐδὲλον, πικάπλαντας οὐδὲ  
λητες. Ubi Vide, quæ notavi. IDEM.

ΚΕΦ. ι.

Περὶ Διονυσίου.

C A P. XVIII.

De Dionysio.

<sup>1</sup> Διονύσιος, ὁ τῆς Σικελίας τύρα-  
νος, τραγῳδίαν μὲν ποπάζε-  
το, καὶ ἐπήγει, καὶ οὖν καὶ δεχ-  
ματα ἐξεπόνησε τεργυκά. <sup>2</sup> ἀλλο-  
τρίως δὲ πρὸς τὴν κωμῳδίαν δίκειτο,  
ὅτι <sup>3</sup> οὐκ ἦν φιλόγελως.

ΚΕΦ.

Dionysius Siciliæ tyrannus Tra-  
goediam quidem amabat, ac  
laudabat, atque ideo etiam tragica  
faciebat dramata: à Comœdia ve-  
ro abhorrebat, quod ad risum non  
esset propensus.

CAP.

<sup>1</sup> Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας] Meminit Strabo  
alicubi. Consule & Suidam, & Gyraldum,  
& Vossium. SCHEFF. Helladius apud Pho-  
tium pag. 870. <sup>2</sup> πρῶτος Διονύσιος ἦν τὸ έχ-  
οντας τὸ κράτος εἰς τὸ τρυφῆς Διογένερον. <sup>3</sup> ίπ-  
κέρπος οὐκ τεργυκοῖς γεγένει. prior Dionyshus  
&c. potentia, adulatoribus, luxuque corrup-  
tus, conatus est etiam Tragædias scribere. sub-  
jicit deinde monstra vocabulorum, quibus  
quasi gemmis Tragædias ornare voluit. Dio-  
dorus lib. XIV. σφόδρα εἰς τὸ ποιητικὸν ιστηγε-  
μενίων, insano Poëtices studio tenebatur &c.  
Athenis quoque in Liberalibus Tragædiam  
docuit vicitque. Idem lib. XV. Plut. ex ejus  
quadam tragædia hoc dictum exhibit:

Η γέ τεργυκοῖς ἀδικιας μήτε θύ.

Injustitia etenim Tyrannis est parens.

vid. Philostrat. lib. I. de Vit. Soph. it. Anti-  
pkontis. KUHN.

<sup>1</sup> οἱ Σικελίας] In Sluisk. ac Regiis A. &  
C. post hæc verba vacuum spatiū integrī  
vocabuli est relictum. Et forte addideris  
haud male τύγενος, quod unica videtur li-  
tera notatum, & ideo facilius excidisse. De

Dionysii studio in Poësin & maxime Tragi-  
cam, Cicero *Tusc.* queſt. v. 22. & Alii,  
quos Vide hic apud Kuhnium. A Comœ-  
dia alienor quidem fuit, sed tamen eam  
quoque tentavit, ut tradit Suidas, qui ita in  
concordiam redigendus est cum Æliano. Sa-  
tis autem φιλόγελως & facetus erat Dionysius  
in sacrilegiis suis. Vide Cicer. lib. III. de  
Nat. Deor. cap. 34. PERIZ. Hiatus, qui  
exstat in Sluiskiano aliisque MSS. commo-  
dum supplet Mediceus voce τύγενος.

<sup>2</sup> Αἰλοτεῖος] At Suidas: θύεται τεργυκοῖς  
καὶ κωμῳδίας. SCHEFF.

<sup>3</sup> Οὐκ οὐκ φιλόγελως] Aristot. de R. P. cap.  
5. οὐκ οὐκ κωμῳδία εἰσὶ μητροὶ φωλοτέρων μὲν, οὐ  
μότοις τοῦ πάσαις γηπέδων, ἀλλὰ τοῦ αἰχρέων εἰσὶ τὸ γε-  
λοῦσαν μοσχον. τὸ γέ γελοῖσαν εἰσὶν αἰμάτηροι οὐ καὶ αἴ-  
χος ἀνθρώπου καὶ τὸ φθαρίκον &c. Comœdia au-  
tem imitatio est pejorum, non tam secundum  
omnia malorum genera, sed turpitudinis pars  
est res ridicula. Est enim peccatum quoddam  
& turpitudo sine dolore & innoxia. Ea propter  
Tyrannus comœdiā pro re ludicra &  
risu amica habuit studioque suo indignam  
judicavit. KUHN.

T t t t

ΚΕΦ. Η.

C A P. XIX.

Περὶ τῶν ὑπὸ Κλεομένους ἐνθέντων ὑπὲρ Cleomenis sententia de Homero & Hesiodo.

**Ε**λεγεν δὲ Κλεομένης <sup>2</sup> Λακωνικῶς χρή τὸν ἐπιχώριον τρόπον, τὸν Ομύρου Λακεδαιμονίων εἶναι ποιητὴν, ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγοντα τὸν δὲ Ησίδον <sup>3</sup> τῶν Ειλώτων, λέγοντα ὡς χρὴ γεωργεῖν.

**C**leomenes Laconice secundum patrium morem dixit, Homerum Lacedæmoniorum esse poetam, Hesiodum vero Helotarum: quoniam ille belligerandi, hic agros colendi rationem doceret.

ΚΕΦ.

CAP.

**Ι** σ Κλεομένης] Plutarchus in *Apophth. Lacon.* SCHEFF. Dio Chrysost. x. orat. 2. de *Regno* refert, Alexandrum Macedonem solum inter Poëtas Homerum lectitasse, quod ejus poesin animadverteret, τῷ τὸν θυμὸν καὶ μεταλλεύσην καὶ βασιλικόν, vere generosam, magnificentem & regiam. Hesiodum autem fabris, opilionibus & agricolis, non ducibus aut rebus legendum idem censuit l. c. KUHN.

**Κλεομένης]** Fuit hic Anaxandridæ F. ut diversite ait Plutarchus *Apophth. Lac.* Primus ergo ejus Nominis Rex Spartanus, qui vixit tempore Darii Primi. PERIZ.

**2 Λακωνικῶς]** Hoc MS. B. non agnoscit & est haud dubie ex glossa. SCHEFF. Si textui dempleris Λακωνικόν, sensus perspicuitatem non leviter obscurabis. Cæterum non absimili argumento Meleager Gadarenis Homerum dixit Syrum esse, quia patriæ suæ more introducit in Poësi priscos illos He-

roas piscium abstinentes, cum tamen ad Helleponsum essent piscibus abundantem: Athen. lib. iv. KUHN.

**Λακωνικῶς]** Etiam à Lugd. abest haec vox ac à Parisi. B. At in Cod. C. annotatum est iterum, *Vacat in antiquo*. Et fam si afuisse ab omnibus Edd. nemo, opinor eam desiderasset, modo Cleomenem scivisse Spartanum fuisse. Nam de homine Lacedæmonio idem est, dixisse eum aliquid Λακωνίῳ, vel, καὶ τὸν ιππικόν τρόπον, quum utique ιππικόν τρόπῳ sit illi Λακωνίος. Nihil tamen mutare sum ausus, quia reliqui Codex retinunt vocabulum. Et utrumque conjunxit Noster etiam *supra* II. 19. Λακωνίον καὶ τὸν ιππικόν τρόπον σφις τρόπον. PERIZ.

**3 τῶν Ειλώτων]** Vide *supra* ad III. 20. Cragium de *Rep. Laced.* I. II. IDEM

ΚΕΦ. Η.

LIB. XIII. CAP. XX.

883

C A P. XX.

Περὶ τῶν ὑπὸ Κλεομένους ἐνθέντων ὑπὲρ Cleomenis sententia de Homero & Hesiodo.

*De quodam lubenter vita defuncto, tantum ut mortuos quosdam videre posset.*

**C**ivis Megalopolitanus ex Arcadia, Cercidas nomine, moriens dixit familiaribus suis, secum jucundis cogitationibus hac vita solvi: sperare enim se converturum, ex Philosophis Pythagoram,

ex

testandum ultro censi. PERIZ.

**2 εὐθυμέσθως]** Interpres omisit: redderem, dixit ad familiares, re considerata vel cogitata. Gl. εὐθυμέσθω, cogito, excogito, animadverto, voluto. Innuitur illum ante serio secum hæc, quæ dixit perpendisse: nisi malis εὐθυμέσθω, latet. KUHN.

**εὐθυμέσθως ὑδεσ**] Miris hic modis hæsitat Eruditissimus Kuhnius, & in Notis modo secutus vulgatam distinctionem, à Perusco usque profectam, quæ commate separat hæc vocabula, exponit εὐθυμέσθω absolute, re considerata, cogitata: modo suspicatur legendum εὐθυμέσθω, latet. Similiter in Indice modo exponit ex animo, modo præfert item illud εὐθυμέσθω. Vultejus nullam ejus vocabuli in Versione, quæ servata hic est ab omnibus, rationem habuit. Et tamen nihil hic difficultatis est, modo tollatur ineptum illud comma, quod distinguit conjungenda. Syntaxis enim est, ελεγε διαλέθω καὶ ζῆ εὐθυμέσθως ὑδεσ. Neque alia est loquendi ratio in Infinito, quam si in Finito dicatur, διαλέθω καὶ ζῆ εὐθυμέσθως ὑδεσ, h. e. discedat è vita cum jucundis cogitationibus, seu suaviter cogitans de illa spe, quam concepi, brevijam videndi Pythagoram &c. Passim ita junguntur Verbis etiam Infinitis Nominativi, in quo hæsisce hic videntur Interpretes, aequæ ac Gesnerus dein cap. 23. Sic *supra* III. 29. Diogenes de se dicebat, εἰμι πλάνης, τα-

Ttttta

ρικῶν ἐπατάω, τῶν δὲ Μουσικῶν  
Ολύμπω, τῶν δὲ Ποιητῶν Ομή-  
ρω. Καὶ ἐπὶ τούτοις, ὡς λόγος,  
τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν.

KEΦ.

τελός ἐπερμένος &c. v. 17. οἱ δὲ, scil. φασὶ<sup>τελόντες</sup> μεμικῶς τὸν δρᾶσαν. VII. 5. ὄμοδογεῖται οὐδεστίς πολλὰ εἰδέναι καὶ τεχνῶν αὐτῶν εἴναι. Sic & mox cap. 23. & 38. extr. Imp. Julianus Orat. 1. pag. m. 44. τῷ καίρῳ πάντα διαρέμενος, λαταρί, dum omnia donas aliis. Vide & Budæum Comment. L. Gr. p. m. 1327. Sed & Latini Græcisimum hunc sūpe imitati sunt, ut notarunt Grammatici. Vide Sancti Mīnervam III. 7. extr. Εὐθυμένος est simpli- citer cogitans, Sic Actor. Ap. x. 19. Εὐθυμένος τοῦ θεοφράστου, cogitans de ista visione. PERIZ. Paren̄s meus suspicabatur Ælianum scripsisse, ἔλεγε τοὺς τούς σκέψεις ἀθομημένες, tri- stitia ac morore affectos.

3 Δι τὸν δῆμον τὸν ἔχειν] Idem ante fecerat Socrates, ut videre est apud Platonem in *Apologia*: Cicero verba ejus ita concipit, lib. I. *Tuscul.* quest. Si vera sunt, que dicuntur, migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui ē vita excesserunt, incolunt: id multo jam beatius est te, cum ab iis, qui se judicum numero haberi volunt, evaderis, ad eos venire, qui vere judges appellantur, Minoēm, Rhadamanthum, Eacum, Triptolemum, convenire que eos, qui juste & cum fide vixerint, hec peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui cum Orpheo, Museo, Homero, Hesiodo licet, quānū tandem abstimatis? &c. Observa, quā paganis maxima in obeunda morte fuerint solatia, nec enim alia majora habuerunt, uti constat ex quamplurimis ipsorum locis. SCHEFF. Vide Platon. in *Phædone*, ἡ ἀρθρωτὴν &c. Caton. Major. de *Senectute*, sub fine. *Somnium Scipionis* &c. Sed Ethnici de animæ statu post mortem satis diserte & confidenter locuti tandem in dubitationem nullo subnixam fulcimento desinunt. Cicero I. I. Q. *Tuscul.* fatetur nihil ultra quo

ex Historicis Hecatæum, ex Mu-  
fiscis Olympum, ex Poëtis Home-  
rum. Et post hæc dicta, ut fama  
est, vitam reliquit.

CAP.

progrediatur se habere quam verisimilia &  
conjecturas. Nos vero, qui Christum se  
quimus ducem & βιβλιότερον λέγοι habemus,  
fiducia comperta veritatis sinum Abrahæ ca-  
lestaque cum sanctis contubernia fide spequ-  
certa jam nunc præcerpere jubemur. KUHN

4 Εκαταίω] Illustris hic fuit Historicus Milesius patria, qui & primus dicitur à qui  
busdam scripsisse Historiam soluta oratione.  
Vixit & floruit tempore Darii Priani. Vid.  
Vossium. PERIZ.

5 Ολύμπῳ] De hoc Musico consule Plu-  
tarachum libro de *Musica*. Aristophanem  
Scholiastem ejus, Eustath. *Iliad.* A. men-  
nit & Plato lib. III. de *Legibus* & in *Mino*,  
ubi eum optimum Musicæ doctorem apper-  
lat. SCHEFF.

Ολύμπῳ] Duo istius Nominis memoria-  
tur ex Phrygia celeberrimi Tibicines. Alc-  
amasius & discipulus Marsyæ, dudum anti-  
Trojana tempora, qui maxime celebravit.  
Hyginus fab. 273. interfuisse eum ludis ad  
quos Acastus Pelia F. fecerit Argis, & re-  
cisse tibiis, sicuti voce ad Olympi tibias vicit  
illuc dicitur Eumolpus Neptuni F. Alter ju-  
nior, qui tamen refertur à Suida ad tempo-  
ra Midæ. Utrique tribuuntur αὐλοφοι ή  
μοι, Priori etiam Μίλη, carmina. Vide de  
Utroque Plutarchum de *Musica*, init. & Sudam.  
Adde Aristoph. *Equities*, pag. 288 & ibi Scholiasten, Aristot. *Polit.* VIII. & Lucian. *adv. Inductum* pag. 540. & *Har-  
mon.* p. 639. Pausaniam *Phocicis* cap. 30.  
Philostratum *Vitis Sophist.* p. 568. Ovidium  
*Metam.* VI. 393. & *Pont.* III. 3. Hyginus  
fab. 165. Aliosque. Ex quibus liquet, Pro-  
rem illum, Marsyæ discipulū, hoc No-  
mine καὶ τοξοῦ intelligi. PERIZ.

KEΦ. κα'.

Περὶ Φρυγίου ἀγμονίας.

CAP. XXI.

De Phrygia harmonia.

Οτι ἐν Κελαινᾶς τῇ δορᾷ τῷ  
Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῆ τις τὴν  
ἀρμονίαν τὴν Φρύγιον, η δορὰ κινεῖται  
εἰς δὲ εἰς Απόλλωνα, ἀτρεμεῖ, καὶ  
ἔσκει καὶ κωφῇ.

Si quis Celænis pelli Phrygis tibia  
accinat Phrygiam harmoniam,  
pellis movetur: si in Apollinem  
canat, quieta est, & surdæ similis  
videtur.

& αερούδεν. Lucianus de *Sacrificiis* p. 337.  
Ed. Salim. καὶ ἡμίφωνος ἥδη τῇ θυσίᾳ ἐπωλεῖ. In-  
fra lib. XIV. cap. 23. ἐν Ιλιάδι Αχιλλεὺς ο τῷ  
κιθάρῃ πεσαδὼν. Suidas: προσάδω, δοκεῖ. Pol-  
lux loc. alleg. καὶ τὸν ἀλητὸν ἀσμα τοῖς ἀνάργειοι  
πεσαδόμενον. Aristophanes in *Ranis*. v. 898.

τοῖς δὲ τοῖς Μέσοις η μέλος πεσαδόντας.

3 Εἰς δὲ εἰς Απόλλωνα] Puto locum esse vi-  
tiosum, & scribendum, εἰς δὲ οὐς Απόλλωνος,  
ut intelligatur modus, ab Apolline sic dictus,  
sensusque sit, si quis ipsum canat, hoc fieri.  
Pollux lib. IV. cap. 9. νόμοι δὲ αὐτῶν,  
Δίος, Αθλῶν, Απόλλωνος &c. Cuperus III.  
Obs. cap. 15. εἰς δὲ τὸν Απόλλωνα, quod sensu  
pari recedere longius à scripturâ vulgari  
videtur. SCHEFF. Mihi videtur δὲ τοις repetendum  
ἀρμονίαν, quemadmodum & verbum πεσαδῶν repetitur, hoc sensu, si aliquis modos in honorem Apollinis accinat, im-  
mota manet & surda videtur esse. KUHN.

Eis Απόλλωνα] Malis hæc avibus sollicitant  
Erudit. Schefferus legit, εἰς δὲ οὐς Απόλλω-  
νος. At Ampliss. Cuperus *Observ.* III. 15.  
εἰς δὲ τὸν Απόλλωνος, præfatus nihil videre se,  
cum quo vulgata lectio cohærebat. At omnia  
sunt sana prorsus & plana. Fuit enim inter  
τοῖς αὐλοδικοῖς, unus εἰς Απόλλωνα, ab ipso,  
ut plerique tradunt, Olympo inventus. Plu-  
tarachus de *Musica*, non longe ab initio, λέ-  
γεται τὸ πεσαδόνθρον Ολύμπων, αὐλοτὸν ὅπερα τὸ  
Φρυγίαν, ποιητὴν αὐλοῦν εἰς Απόλλωνα,  
τον πεσαδόναν Πολυκέφαλον. Dicitur enim, supra  
dictum Olympum Tibicinem ex iis, qui fuerunt  
ex Phrygia, fecisse in Apollinem harmoniam  
Tibi-

Tibicinam, quæ vocatur Polycephalus. Addit deinde, Alios eam tribuere Crateti discipulo Olympi, Alios Juniori Olympo. Sensus ergo hujus loci est, ἵνα τὸν οὐρανὸν οὐ μόνον τὸν εἰς Αἰγαλεῖαν &c. PERIZ.

4 Καφὶ] Perperam prorsus vertebatur *Muta*. Nec enim pellis ceciniisse dicitur & ipsa, sed tantum movisse se ad Phrygiam Harmonianam, quæ ad Hymnum in Apollinem Victorem suum & Ultorem Acerbum, quasi surda, nihil se movet. Græca autem vox æque *Surdum* notat ac *Mutum*. Nicarchus *Anthol. Epigr.* II. 30.

Δυσκάφη δύσκαφοι ἴνειντο, καὶ πολὺ μᾶλλον  
Ηγεινοὶ τετταὶ τῷ διον καφότεροι.

ΚΕΦ. κ<sup>6</sup>.

Περὶ Ομήρου ναῦ, καὶ ἀγάλ-  
ματος.

<sup>1</sup> Πολεμῶν ὁ Φιλοπάτωρ, κα-  
τασκεύασσας <sup>2</sup> Ομήρῳ νέῳ,  
αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισε· κύκλῳ δὲ  
<sup>3</sup> τὰς πόλεις αἰλίετησε τὸ ἀγάλμα-  
τον,

I. Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ] Quartus hic fuit Ægypti Rex inter Ptolemaeos Lagidas: Pessimæ notæ Homo, de quo velim videoas Justinum lib. xxix. & xxx. ac Auctorem libri III. *Macchab.* PERIZ.

2 Ομήρῳ νέῳ] Idem fecerunt Smyrnæi teste Strabone lib. xiv. & Cicerone *pro Archia*. SCHEFF. Lucianus in *Encomio Demosthenis* indicat, poëtas Homerum salutare & precari solitos, ut copiam versuum inspiraret, αἰσθατῶν τετταὶ δέσμονος πάντα, τῇ χειρὶ τὸν Ομήρον ἐπιδέξας: τοῦ δέκα τὸν δέκα τὸν πτολεμαῖον νέῳ, πών καθειμένον πάντα κόκκον. venio necessitate adductus ad istum salutandum, manuque designavit Homerum: forte enim nostis illum in templo Ptolemaorum ad dextram collocatum, comam demittentem, inquit Poëta l. c. KUHN.

Ομήρῳ νέῳ] De Templis & Honoribus di-

Surdaster cum surdastro litigabat, οὐ μηδικοῦ magis surdus erat iudex, quam bi duo. Apud Lucian. quidem in *Tragopod. ext.* dicitur Marfyæ pellis in pinu λαζανού φαινεται, lene stridere, ut egregie locum hunc restituit Doct. Jensius, sed nihil illud huc pertinet. Ceterum edidit Perseus, & omnes dein Alii τοιούτοις. At MSti mei pariter καφῆς. Vulnerunt, (nam iota nunquam ferme subclibunt) καφῆς, quod quin recipiendum sit, nullus dubito. Sic II. 44. τοιούτης οὐ μόνον τοιούτης. Vertendum itaque erat, οὐ similiter detur surde. IDEM.

## CAP. XXII.

De Homeri templo, & simu-  
lacro.

Ptolemaeus Philopator, exstruens  
Homero templum, ipsum qui-  
dem decore sedentem collocavit  
circa statuam vero undique civita-  
tes

vinis Homero habitis, ut & de Septem illis Urbibus, quæ de Homero sibi vindicando certabant, Vide Ampliss. Cuperum ad Elegantissimum Marmor *Aπεθάνων* Homeræ, ac Marshamum *Chron. Can. ad Septem* lib. xv. denique Leonem Allatium de Patria Homeri, ubi id agit, ut eum insule Chio potissimum afferat. Stuisk. legit sequentia sic, ἀνὴν μὲν καλὸν καλὸν, ἄνδροι. Atque ita etiam Regii Par. A. & C. probante Cl. Boivinio. Solebant autem Dii potissimum exhiberi sedentes, ut liquet etiam ex illo Marmore *Aπεθάνων*. PERIZ. reliquis MSS. etiam favet Mediceus.

3 τὰς πόλεις] Septem quondam civitates fuere, quarum unaquæque Homerum apud se natum esse volebat. Has M. Varro lib. I. de *Imaginibus* hoc dilticho sibi visus comprehendisse.

Σημ.,

## LIB. XIII. CAP. XXII.

887

τοῦ, ὅση ἀντιποιοῦνται τὸ Ουί-  
ρου. <sup>4</sup> Γαλάτων δὲ ὁ Σωγεάφος  
ἔγειρε τὸν μὲν Ομήρου αὐτὸν ἐμούν-  
τα, τὸν δὲ ἄλλας ποιητὰς τὰ  
ἐμημεριέντα ἀριομένους.

ΚΕΦ.

CAP.

Σμύρνα, Ρόδος, Κολοφῶν, Σαλαμῖν, Χίος,  
Αἴγαος, Αθῆναι,  
Επαν πόλεις διερχόνται πέντε ρίζαις Ομήρου.

vide Senec. *Epiſt. LXXXVIII.* Ciceronem *Orat. pro Archia*, Gellium lib. III. cap. II. SCHEFF. Jam olim inter Spinofas Grammaticorum quæstiones habita est illa de patria Homeri, *Appion*, illud cymbalum mundi, prodidit se evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria quibusve parentibus genitas esset: non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse dicaret. Plinius lib. XXX. cap. II. Heliodorus lib. III. *Æthiop.* Ægyptum nobis facit Homerum, Thebis oriundum Hecatompylis. vide locum. Lucianus lib. II. *vera historiæ* ludit more suo & Babylone Homerum natum esse ab ipso Home-ro didicit. Simonides *XIος ἀρδεγ* Homerum vocat apud Stobæum *Serm. ccxlvii*. Sed in hoc non vertitur Salus Græciae, qui plura cupit, videat, præter Herod. in vita ejus Paulan. in *Phocicis*, Gellium lib. III. cap. II. *Antholog.* lib. IV. Theocrit. *Idyll. XVI.* Ciceron. *pro Archia* & alios, qui libros deruder de hoc argumento. KUHN.

4 Γαλάτων] Puto corruptum esse pictoris hujus nomen. Cælius profecto lib. XXI. cap. 44. scripsit *Palaton*, quod jam Hartungus observavit. SCHEFF.

Γαλάτων] Ignobilis hic fuit, certe ignotus

nobis, Pictor. Scholia festi Luciani nuper editus, videtur eum appellare Γαλάτων, Tom. I. pag. 14. Convenit hoc cum Elada, Phidiæ Præceptore, statuario, qui & Tretzi dicitur Γαλατας. Vide Franc. Junium in *Eladas*. Multi autem statuarium & picturam olim exercebant simul. PERIZ.

5 τὰς διακόνες] Alludit Manilius lib. II. teste Scaligero his versibus.

— cuiusque (Homeri) ex ore pro-  
fusos  
Omnis posteritas latices in carmina duxit,  
Annemque in tenues ausa est deducere  
rivos  
Unius fœcunda bonis —

Volaterranus lib. XVII. mejentem facit ex hoc ipso Eliano, parum diligenter, uti arbitror, inspecto. SCHEFF. Adde illud Poëtæ:

— — — cuius (Homeri) de fonte per-  
enni  
Vatum Pieris ora rigantur aquis.

Id quod probe agnovit Æschylus, ingenuus profesus; nisi iuxta τεργεδίας τεμάχιον τῷ Ομήρου μεγάλων δείσιων, suas tragœdias esse fru-  
stra magnarum Homerii cœnarum. Athenæus lib. VIII. KUHN.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Λυκούργου ἢ Λακεδαιμονίου.

**Λ**υκούργος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὁ Ευνόμου παῖς, δικαίους βουλητέis ἀποφῆναι Λακεδαιμονίους, ὃς τούτου γε οὐ καλοὺς τοὺς μιθοὺς ἤρισατο. Απίντησε γὰς αὐτῷ τὸν ὄφελμὸν, ἐκκοπῆναι ὑπὸ τῶν Αλκάνδρου· ὡς μὲν τινὲς Φασιν, ἐξ ἐπιστολῆς τοῦ λίθῳ τοῦ βλητοῦ, ὡς δὲ ἄλλοι οὐχι φοιτᾶ λόγος, βακτηρίας \* παθὼν τὸ πάθος. Δέγεται δὲ ὁ λόγος πρὸς τοὺς ἄλλα θείστας,

τοῦ βλητοῦ.

\* παθότι.

ΙΟΕΝΟΜΟΣ] Hoc incertum est. Quidam enim Prytanidem parentem ejus nominant. Vide Plutarchum in *Lycurgo* & Suidam. SCHEFF.

ΕΥΡΩΠΟΣ ΠΑῖς] Vulgatam sequitur sententiam, quam omnibus perpensis etiam prætulit Plutarchus. Ex hoc tamen discimus, Simoniden dedisse Lycurgo patrem, non Eunomum, sed Prytanin, qui ceteroquin Eunomi fuit pater. Sequitur Eum Phlegon in *Olympiis*, diserte prorsus. Accedit & Suidas, qui Lycurgum dicit fratrem Eunomi, & tamen *Patrum Charilai*, Turbat hæc etiam magis Herodotus 1. 65. Lycurgum referens ad familiam Eurythenidarum, siquidem *Patrum* dicit & *Tutorem Lebotæ Regis*, qui etate haud paulo major fuit Charilao, cuius Alii eum *Tutorem & Patrum* fuisse tradunt. Pausanias tamen in *Laconicis* cap. 2. sequi videtur Herodotum, nisi quod *Leges Lycurgum tulisse* dicat demum *sub Agesilaos*, Lebotæ nepote. Sed & hunc, & Herodotum, immo & reliquos à recepta sententia recedentes, Erroris accusare haud veretur Meursius in *Regno Laced.* cap. 11. & 16. ut & *Miscell. Lacon.* 11. 5. PERIZ.

2 Δικαίους βλητούς &amp;c.] Sic Plutarchus in

C A P. XXIII.

De Lycurgo Lacedemonio.

**L**ycurgus Lacedæmonius, filius Eunomi, volens justos reddere Lacedæmonios, pro eo minime bonam retulit mercedem. Accedit enim, ut illi oculus excuteretur ab Alcandro: ut quidam ajunt, ex insidiis lapide iactus, ut vero alia circumfertur narratio, iactu baculi passus id malum. Narratur autem hæc Historia de iis, qui alia volunt, alia vero conse-

quunt.

*Apophth. Lacon.* Βελιουεντὸν ἐν τῷ αρχῆπεργῷ διάτης τὰς πολίτας εἰς ταφορεστέρας βίος τοὺς πολίτες, τῇ καλοκαραζεῖταις ἀπεργάζεσθαις ἀφοίναις τῷ ξενον. *Volens Cives ex priori genere vita traducere ad magis temperantem vitæ rationem, & honestos strenuosque reddere;* Erat enim remissioris vita. Fuerant scilicet ante κακονομάστηι χρόνον πάντας Ελλήνας, ut ait Herodotus, ac perpetuis conflicitabantur seditionibus, in quibus etiam Lycurgi pater Eunomus cultro coqui fuit occisus. Vide Plutarchum. Mox ut B. & C. Parisi. sic & Lugd. τοῦτο τέταν. IDEM.

3 Υπὲ τέταν] MSS. B. &amp; C. τοῦτο τέταν. SCHEFF.

4 Εξιστῆναι] Stobæus Serm. XCII. πρῶτη ἡ τοῦ τοπικῶν ὄφελμὸν τὸ ἔπειρον &c. cum Lycurgus altero oculo à quodam crivium orbatus esset, populus ei ad pœnam juvenem illum dididit. Lycurgus vero injuriam Spartanæ potentia concoquens, inimicum probis moribus domi sua imbiuit, eumque deinde populo iterum in theatro exhibuit jam alium, & optimus ex pessimo.

Hæc vindicta bonum est vita iucundia ipsa.

LIB. XIII. CAP. XXIII.

889

τας, ἄλλων ἢ τυχόντας. Δέγει δὲ τὴν Εφοροῦ, αὐτὸν ἡ λιμῷ οὐχιαστεράστα ἐν Φυγῇ ἀποθανεῖν.

vide Themist. *Orat.* v. imprimis Pausan. in *Laconicis.* KUHN.5 Αλκάνδρου] Habet hanc historiam Plutarchus in *Lycurgo*, Cicero, & alii. SCHEFF.

6 βλητοῦ] Gesnerus habet βλητόν &amp; παλιόν ποτε παθόν, παθόν. Verum hæc correccio non necessaria videtur. SCHEFF.

7 Αλ/β, βλητοῦ] Male Gesnerus voluit βλητόν, & mox παθόν. Græcisnum hunc satis jam afferui *supra ad caput* 20. Varietas autem traditionis ex eo orta est, quod in seditione simili lapidibus petitus est, & foro ejecitus, simul ab Alcandro inseguente eum percutitus baculo, qua de causa dein baculis in concione haud amplius usi sunt Lacedæmonii. Vide Plutarchum in *Lycurgo*, & *Apophth. Laconicis*, Valer. Max. v. 3. 2. ext. atque Alios. PERIZ.

8 Λιμῷ οὐχιαστεράστα] Sic *supra* VII. 6. Scytha quispiam in frigore & nive erat οὐχιαστεράστην γυμνός. Lucianus de Morte Peregr. in medio: διο τὰς θεατὰς τῷ ολυμπίῳ οὐχιαστεράστην διθάνατο, τοιούτην διθάνατο, οὐδὲ τὸ Δία, τοιούτην διθάνατο πολλὰς αὐτῶν, necesse, ut spectatores Olympiorum perseverent fitim ferre, & per Jovem etiam moriantur ex eo multi illorum. Vide & Suidam in v. Απικαπτίρον, ut jam monuit Schefferus. PERIZ.

ΚΕΦ. κδ'

Περὶ τινῶν ὑπὸ ιδίων νόμων βλα-  
σφημῶν.De quibusdam, quibus propriæ  
leges nocimento fuerunt.

**Λ**υκούργος ὁ ἥρτως ἔγειψε τὴν ἐλαύνειν τὰς γυναικας ἐν τοῖς μυστηῖοις ἐπὶ ζευγῶν, ἢ τῇ δρόσῃ τοῦτο

I Λυκούργος] Hoc caput argumento con-  
junctum est cum superiori. GESNER.

Λυκούργος ὁ ἥρτως] Lycophronis filius Athienensis, genere Ereboutades. Vide Suidam. SCHEFF. Male hic novum commen-  
tus est caput, quisquis Autorem primus in capita distinxit. Argumentum enim plane idem utrobique est, agiturque de iis, qui

ἔτεσσι μὲν ἐβάλοντο, ἔτεσσι δὲ ἐτίγον, ad alium scopum collimarunt, quam quem tetigerunt. KUHN.

Λυκούργος &c.] Discipulus Platonis & Iso-  
cratis, floruit in Rep. Atheniensium, tem-  
pore Philippi & Alexandri. Vitam & laudes  
ejus Vide apud Plutarchum in *Vitis* x. *Rhe-  
torum.* PERIZ.

VVVVV

M

τούτο ἢ ἐπιεγένθαμ ζημίαν, ἣ μὴ γε  
ώτο τάξας ἀποχρώσαν. Πρώτη τῷ  
ψηφίσματι ἡπείθουσεν ἡ τούτου γυνὴ,  
καὶ τὴν ζημίαν ἔχέτισε καταδίκα-  
δεῖσα.

Καὶ τὸ Περικλῆς ἔγραψε, ὅτι  
εἶναι Αθηναῖον, ὃς μὴ εἴη αὐτοῖς γέ-  
γονεν ἀτοῖον. εἴτα ἀποβαλὼν τοὺς  
γηγόνους παῖδας, τὸ ἐπί τῷ νέῳ Πε-  
ρικλῆ κατελέωπτο. Δῆλα ἡ ὅτι  
καὶ Περικλῆς εἰσύλετο μὲν ἔτερον,  
ἔτυχε δὲ ἔτερων.

8 Κλειδένης δὲ ὁ Αθηναῖος τὸ  
δεῖν 9 ἐξοπακίζεισι πρῶτος εἰσηγη-  
σάμενος, 10 αὐτὸς ἔτυχε τῆς κατα-  
δίκης πρῶτος.

ii Σέ-

2 Μὴ ἐλεύθερος &c.] Platarchus d. l. ratio-  
nem Legis, & mulctæ modum addit, ιωτὶ<sup>1</sup>  
ζεύς μὴ ἀπέντα γυναικας ελεύθερας, οἵτις μὴ  
ἐλεύθερας ιωτὶ τὸ πλεονόν· εἰ δὲ τὸ φρεγέδιν,  
διπτένειν δεγχανεις ιεροσυχηλίας. Mulierem bigis  
non proficiens Eleusina, ne supererentur paupe-  
res a divitibus Sic Interpres rationem illam  
exponit, sed quæ obfcurior est: neque vero  
Pauperes in Græcis nominantur. Si locus  
recte se habet, malim τὸ ἐλεύθερα referre ad  
ipso Viros, non ad feminas, de quibus in  
singulari numero egit Plutarchus. Ita sensus  
erit, ne Cives damnum fortunarum suarum  
facerent, vel pauperiores fierent per divites  
feminas, quæ immodicis sumptibus facien-  
dis in bigis, reliquas dein omnes in æmula-  
tionem sumptuum illorum excitarent: Sic  
certe Demosthenes contra Midiam, p. m.  
407. inter reliqua luxuriaz argumenta vitio  
illi vertit, quod Uxorem suam ducat εἰς μυ-  
σθεῖα, ιωτὶ τὸ λευκὸς ζεύς η ἐν Σικυῶν, bigis  
equorum candidorum ex Sicyone. Nempe, ut  
ex his liquet, ab opulentis hominibus non  
vulgares adhibebantur bigæ, sed quæ sumptu  
præcipuo, seu pretio ac specie, illas vulga-  
res superarent. PERIZ.

3 Επηγένθαμ] MSS. B. & C. ιωσθίας.  
prob. SCHEFF. Malæ notæ est τὸ ιωσθία-

id fecisset, mulcta in eam esset con-  
stituta, quam ipse definiens idoneam  
putabat. Prima vero ipsius uxoris ad-  
versus hoc decretum deliquit, &  
damnata poenam solvit.

Pericles etiam legem tulit, ne  
quis Atheniensis esset, qui non utro-  
que parente cive natus esset: deinde  
amissis legitimis filiis, cum notho  
Pericle relictus est. Manifestum ve-  
ro ex his, quod ergo etiam Pericles  
alia voluerit, alia vero ipse evenerint,

Clisthenes Atheniensis, primus  
quum introduxisset, oportere quos-  
dam ostracismo ejici, ipse primus  
damnatus est.

Z.

οας. quid enim est, quidve sibi vult? dic &  
eris mihi magnus Apollo. interim vulgum  
ἐπηγένθαμ retineamus. KUHN.

Επηγένθαμ ζημίαν] Scripturæ vitium ei-  
hanc dubium, quando in Notis Schefferi,  
eo probante, legitur, MSS. B. & C. Pa-  
risienses habere ἐπηγένθαμ, quod Græcum non  
est. Volut Schefferus ἐπηγένθαμ, quod di-  
ferte exhibet Lugd. Codex, & Parisiensis Se-  
cundus, ac Margo Tertii. Sed vulgatum  
lectionem, quam & Sluisk. tuerit, præfero.  
Supra VII. 15. Ιερὸς ἀφιστήμονος θυσίαν ιωτὶ<sup>2</sup>  
τὸν θεον. PERIZ.

4 Ηγετὸς τὸν τίκτεις διπτένειν] Kuhnus in  
Indice putat excidisse particulam, & expo-  
nit τὸ τίκτεις de Accusatore, vel Judice, item  
estimator, quod facere illi solebant, si esse  
ἄγαρ εἰπεῖτο, non ἀλιώπος, ut perperam  
illuc legitur, h. e. accusatio criminis, cui pri-  
na lege non erat constituta. Sed quum nihil  
mutent MSti, & quum absurdum sit Accu-  
satoris arbitrio permitti poenam rei, iudicis  
vero nunquam ita simpliciter vocetur τὸ τίκτεις  
quum denique Plutarchus diserte tradat mul-  
tam 6000 drachmarum ipsa lege sanctam  
satis patet aliter hæc accipienda; nempe  
quam mulctam ipse sua lege definiverit, prout  
sufficere putabat. Tārtetus paſſim ita ponit  
pro

11 Ζάλευκος ὁ Λοκρῶν νομοθέτης  
προσέταξε 12 τὸ μοιχὸν ἀλόντα ἐκκό-  
πλεδας τοὺς ὄφθαλμους. 13 ἐπί τοιν μη-  
δὲ προσεδόκησε, ταῦτα ὁ Δαίμων αὐ-  
τῷ τῷ τὸν δέξαν τῷ τῷ ἐλπίδα  
ἐστήγαγεν. Ο γάρ τοι ταῖς ἀλούσ  
ἐπὶ μοιχείᾳ, εἴτα ἔμελλε πείσειν  
τὰ ἐκ τοῦ πατρός νόμου. Εἰταῦθα,  
τὰ μὴ Διαφθαρῆ τὸ ἄπαξ κεκυρω-  
μένον, ὑπέμενεν αὐτὸς ὁ εἰσηγησάμε-  
νος

pro certi aliquid constituere, definire. Supra  
xi. 9. de Aristide, τὰς φίους τοὺς Ελληνος τάξας,  
tributa singulis Grecis constituen, præficiens.  
Epicletus cap. 40. Τάξον σωτῆται τὰς ταχαναγές τοι  
τοῦ φολάζεις, constitue tibi certam vitæ  
formum, quam serves. Actor. Ap. xxviii.  
23. ταξέπειν αὐτῷ ιμέγεν, diem illi constituen-  
tes. Quin sicuti hic de Eo, qui legem fert,  
dicitur, ita infra xiv. 22. inst. de Tyranno  
civibus suis quid præcipiente & edicente: Κατέ-  
ταις ἐπιχωρίοις, μηδενὶ μηδενὶ Διαφθερεῖται. PERIZ.  
5 Περικλῆς] Dixi supra ad cap. io. lib. vi.  
SCHEFF.

6 Μὴ εἶναι Αθηναῖον] De hac lege Periclis,  
de duobus Filiis ejus legitimis, Paralo &  
Xanthippo, denique de Filio ejus notho Pe-  
ricle, qui tamen dein in Patris gratiam civi-  
tate donatus est. Vide supra vi. 10. & quæ  
illuc notavi. PERIZ.

7 Επὶ τὸν νόθον Περικλῆ] Nothum Periclem  
sibi habuit reliquum & superstitem. Euna-  
pius in vita Himerii, ιωτὶ θυσατεὶ τὸ πελοτήν,  
quod Hadri. Iunius male reddit. discessit ἐ<sup>τ</sup>  
vita post filiam, imo, relicta & sibi supersti-  
te filia moritur. KUHN.

8 Κλειδένης] Clisthenes hic nepos ex filia  
fuit Clisthenis Sicyonii, de quo habuimus  
supra xii. 24. Ille vero post Pisistratas ejec-  
tos restituit Athenis & intendit Democrati-  
am, X. fecit Tribus, & multos peregrinos  
ac servos & inquilinos in eas admisit. Vide  
Aristotalem Polit. iii. 1. & vi. 4. & Iso-  
cratem Areopag. pag. 338. Hinc à Maximo  
Tyrio Differt. ix. init. conjungitur cum  
Lycurgo & Solone, tanquam præcipua qua-  
piam potestate leges ferendi instructus. Utrum  
rediens ut erat gladio cinctus prodit in con-

cio-

Zalcucus, legislator Locren-  
sium, jussit, ut adulterii convicto  
oculi effoderentur: quæ vero mi-  
nime exspectarat, ea præter opi-  
nionem atque spem ipsi Deus im-  
misit. Nam filius ejus damna-  
tus adulterii, poenam ex pater-  
na lege datus erat. Ibi ve-  
ro, ne, quod semel sancitum  
erat, irritum fieret, ipse qui legem  
hanc

autem Clisthenes hic primus ostracismum in-  
duxerit, & passus fuerit, res incerta est,  
quia Alii alios rei auctores narrant, sed à ve-  
risimilitudine neutiquam abhorrens, quippe  
quum voluerit post Tyrannos ejectos αὐξη-  
ται τὸ Δημοκρατίαν, ut ait Aristoteles, & ipse  
post constitutam ab se Remp. & multos  
peregrinos in civitatem ascos, qui omnes  
ipsius erant clientes, necessario potentissi-  
mus Athenis evaserit, quæ unica ostracismi  
subeundi erat causa. De ostracismo & ejus origi-  
ne Vide Scaligerum ad Eusebium DCCLXXXVI.  
& Meursium Lectoribus Atticis v. 18. Mox  
Lugd. auct̄is δὲ ἔτυχε, quod ex Parisiensibus  
duobus etiam Schefferus protulit, & sibi pla-  
cere testatus est. PERIZ.

9 Επηγένθαμ] Res est plane incerta. A-  
lii enim ad Pisistratas, & inter eos aliqui  
ad Hipparchum, aliqui ad Hippiam refe-  
runt. Alii Achillem, alii Theseum, alii  
alios hujus auctores faciunt. Vide Meurs.  
lib. v. Att. Lett. & Sam. Petitum ad Leges  
Att. pag. 368. SCHEFF.

10 Αὐτὸς ἔτυχε] MSS. B. & C. αὐτὸς δὲ ἔτυ-  
χε. placet si præmittatur punctum. SCHEFF.  
Legio vulgata multis, ut ajunt, parasangis  
melior est illa Codicum MSS. KUHN.

11 Ζάλευκος] Valer. Maximus. lib. v. cap.  
5. Cicero lib. ii. de Legibus. Heraclid. de  
Rep. Lacon. SCHEFF. Multa in historiis  
exuberant passim exempla eorum, qui primi  
legem passi sunt, quam aliis tulerant. Cha-  
rondas capite truncandum sanxerat, qui gla-  
dio succinætus concionem intraret. ipse vero  
tumultuaria concione aliquando coacta, rure  
rediens ut erat gladio cinctus prodit in con-

cio-

νῷον ὑπὲρ τὸν ἔτερον τῶν τὸν παιδὸς ὁ-  
φθαλμῶν, ἀντιδοῦναι τὸν ἐκυτόν, ἵνα  
μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελέως.

cionem, solutæque legis admonitus, in fer-  
rum statim se induit. Valer. Max. lib. vi.  
cap. 5. Eutropius Arcadii Cubicularius le-  
gem tulerat, qua licebat, τὰς εἰς ἐκκλησίας πε-  
ριφύτευτας ή θυσιαστέλλεις ἀφέλλεσθαι, eos, qui ad  
Ecclesiæ confugerant, ab ipsis aris abstrahere.  
Paulo post collectam gratiam Principis sui  
effundens & ad templum confugiens, vi le-  
gis suæ ab ara ad capitale supplicium abstrac-  
tus est. Suidas in *Eutropiā*. confer Ulpian.  
*D. 2 2. ad*, *Quod quisque juris in alterum*  
*statuerit, ut ipse eodem jure utatur.* KUHN.

12 Τὸν μερικὸν] Heraclides legem istam la-  
tam in fures scribit in *Rep. Lacon.* SCHEFF.

13 Μηδὲ περισσότερον] MSS. B. & C. μὴ  
περισσότερον. IDEM.

## ΚΕΦ. κε.

## C A P. XXV.

Περὶ Πινδάρου ἐν ἀγωνίᾳ Κορίνθιος ἡτ-  
τηθέντος.

Pindarus poëta Thebis certans,  
quum in imperitos incidisset  
audi-

I *Kœlīns*] Fuit hæc nobilis apud Tanagras poëtria. Porro de re ipsa Pausanias in *Bœoticis*. In *Gymnasio Corinna picta est*, τε-  
mnia redimita, victoriæ insigne, quod *Thebis*  
carmine Pindaram vicerit. *Vicisse eam arbitr*  
*tor lingue causa. Neque enim Durica, uti*  
*Pindarus, cecinit, sed ea, quam essent Ae-  
olenenses percepturi. Vide etiam Plutarchum de*  
*gloria Att.* SCHEFF.

*Kœlīns*] Tanagras vixit & Poëticam exer-  
cuit, & ideo post mortem suam honorata est  
istic, teste Pausania in *Bœoticis*, monumento  
& pictura. Ab ea non vicit tantum est Pin-  
darus, sed & Juvenis ipse illius consiliis in  
carminibus recte pangendis est usus. Vide  
Plutarchum in lib. *Utrum Athenienses bello,*

an sapientia clariores. PERIZ.  
2 *Συνεπάλει*] Vocavit, tensus est obscurior:  
forte testem vocavit. GESNER. Livinejuspe-  
rat ἐν εὐάλει legendum esse. Et consenti-  
Schottus lib. III. *Obser. Hist. cap. 34.* Alter  
Robertus Titius. Verba ejus sunt  
lib. v. *Loc. Cont. cap. 17.* Quid tandem  
quod dicitur, ὁ Πινδαρός συνεπάλει τὸν Κέλην  
ego puto pro Κέλην legendum esse εγώ,  
vel saltem hanc vocem post illam in verborum  
contextu collocari debere, hoc sensu: tantum  
abest, ut Corinna in *Carminum conficiendorum*  
artificio me superet, canendique artem melius  
me teneat, ut si mecum conferatur, perinde  
sit, ac si quis cornicem cum cygno contendat.  
Notum est autem proverbium, cornix cum

## LIB. XIII. CAP. XXV.

893

ἀκροταῖς, ἥτινη : Κορίνθιος περιτά-  
χις. Ελέγχων δὲ τὴν ἀμοιβαῖς αὐ-  
τῶν ὁ Πίνδαρος<sup>2</sup> σὺν ἐκάλει τὴν  
Κέλην.

## ΚΕΦ.

## CAP.

dicibus nolenti obtrusam necesse est. KUHN.  
Συνεπάλει τῷ Κέλην] Defendant hanc lec-  
tionem Pet. Faber *Agonist.* III. 26. & Co-  
lomesius *Κεληλ*. *Lit. cap. 11.* sed quæstissi-  
mis ac diversis interpretantur modis: Et Hic  
quidem συγκαταίνει exponit *Judicem constitue-*  
*re*, quasi *Convocare aliquem*, simpliciter ita  
positum, idem sit, quod capere aliquem in-  
juria sibi factæ Arbitrum. Faber vero ita  
hæc accipit, quasi Pindarus, quem vellet re-  
prehendere *Judicūm imperiūm*, in *conspectu*  
*Corinnae victoris id fecerit, cui ejus rei gra-*  
*tia condixerat*, h. e. diem constituerat. At  
nullam illa habent veri speciem, nisi etiam  
ἐλέγχων hic interpreteris de publica oratione,  
qua Auditorum suorum imperiūm declara-  
rit, & ad quam audiendam vocaverit etiam  
Corinnam. Sed simplicissimum ac verissi-  
mum est, vel quod voluerunt Scaliger ad-  
versus Rob. Titium, & Livinejus apud Schot-  
tum *Observ.* III. 33 legentes ἐν εὐάλει, vel  
quod Kuhnus hic loci, diviso tantum voca-  
bulo σὺν εὐάλει. Quod ipsum, ne me admi-  
fisse ægre feras, dièrte ita exhibit Sluisk. &  
ex Regii Par. A. & C. Dum autem Corin-  
nam Pindarus appellavit *Suem*, inscitiam ejus  
arguit, & simul, ac vel maxime, inscitiam  
Judicūm vel Auditorūm, qui *Suem* suæ vel  
Musæ, vel Minervæ, prætulerint. Notum  
est illud, γε τὸν Αἴθωνα, *Sus Minervam*, h.  
e. Indoctus Doctissimum docet, corrigit,  
superat. Sic Demades de Demosthene, Δη-  
μοσθῆνος ἐπει βέλεται διορθῶν, οὐ τὸν Αἴθωνα,  
Demosthenes me vult corrigerem, *Sus Minervam*, apud Plutarchum in *Præc. Politicis*.  
Sed & Bœotorum inscitia notata fuit adagio  
hoc, γε *Βοιωτία*, De cuius adagii opprobrio  
Vide ipsum Pindarum *Olymp.* VI. 152. & ibi  
Scholia. Adde hic Kuhnus. PERIZ. Corinna  
μητέρα λυγερία cognominatam fuisse do-  
cet Suidas. *Κέλην*, Αχελοδάρε (Αχελωδάρε  
MS.) γε Προκρήνα, Θεοία, η Ταναγρα, μη-  
τέρα Μύρτιδος· ιπανέμασο δὲ Μητά Λυγερή

VVVVV 3

ΚΕΦ. κτ̄.

Πᾶς ὁ Διογένης ἐν ἀπορίᾳ πάντων γενόμενος παρεμφένσατο ἔχυτόν.

**Δ**ιογένης ὁ Σινωπεὺς ἑρμός ἦν, καὶ μόνος ἀπέριπτος. καὶ οὐτέ τινα δι' ἀπορίαν ὑπεδέχετο, οὐτέ τις αὐτὸν ἐξένιζε, τὸν ἄνδρα ἐκτρέπομενος. Διὸς τὸ γέ τρόπου ἐλεγκτικὸν, καὶ ὅτι ἦν πρὸς τὰ πραττόμενα καὶ λεγόμενα, δυσάρεστος. Ήθύμει οὖν ὁ Διογένης, ψυχὴ φύλλων ἄκρα θάδες. ταῦτα γάρ οἱ παρήν. Τοῖς δὲ ἀποπίπουσι γέ ἄρτου θρύμμασι μῦς ἔχοιτο ἐπιφοτῶν. Ο οὖν Διογένης φιλοπόνως κατε-

<sup>1</sup> Οὐτέ οὐτὲ ἐξένιζε τὸν ἄνδρα, εἰπεπόμενος Διὸς τὸ γέ τρόπος ἐλεγκτικὸν] Ita hæc distinguebantur: vertebantur autem, quasi εἰπεπόμενος, referendum esset ad Diogenem, & notaret invenimus, seu eum, quem alii fugiunt & aversantur. Id quod longe secus se habet. Εἰπεπόμενος enim cum Accusativo Personæ proprie notat fugere aliquem obvium, & ideo de via defessere. Nam intelligitur τὸν διός, quod exprimitur ab Auctore xiv. 49. de Milite in Agmine, οὐ τὸν τοῦν εὐλιπτὸν εἰπεπόμενον τὸν διόντας. Hinc jam simpliciter pro fugere, aversari aliquem vel aliquid, ponitur. Dionys. Halic. lib. v. de Bruto Filiorum suppliciis praesidente, εἴτε αἵρετος εἴτε αγοραῖς παρεχόμενος, εἴτε ἐκεῖνος κραυγάσας, τίνος δεινοῦ θεατῶν εἰπεπόμενος, neque ipse foro excessit, usque dum illi puniti jam essent, triste spectaculum fugitans. Epictetus cap. 38. conjunxit ideo tanquam synonyma, φεύγειν καὶ εἰπεπόμενος Διὸς &c. neque eum excipiebat quis-

C A P. XXVI.

Quomodo Diogenes in inopia omnium rerum se ipse sit consolatus.

**D**iogenes Sinopensis desertus erat & solus jacebat: & neque propter egestatem ipse quenquam domi suæ excipiebat, neque ipsum hostio quisquam accipiebat, fugiens vi- rum propter ingenium ejus ad reprehendendum proclive, & quod ad ea, quæ agebantur aut dicebantur, sese mororum præberet. Animus itaque despondebat Diogenes, & summas foliorum extremitates manducabat: illa enim ipsi suppetebant. Mus vero

acc-

piam, fugiens virum propter &c. PERIZ. <sup>2</sup> Φύλλων ἄκρα] Non ignoro veterum Grammatorum aliorumque cibum hunc fuisse. Seneca lib. III. de ira cap. 20. de exercitio Cambylis: Sustinebant famem primo tenetum frondium & cacumina arborum. & Epp. 110. Tunc te admirabor, si scieris, cacumina arborum explementum esse ventris. Aristoph. in Pluto.

— — — οὐτεπέντε δὲ ἡτοὶ μὴ ἄριττοι μαλάχης πίεσθαι. ἡτοὶ δὲ μέλις, φύλλα παραιδεῖν.

Isidorus quoque meminit lib. I. ep. 13. de hoc genere ἄκρειδας, quibus vescebatur Iohannes Baptista, explicandas putat. Quomodo tamen θερμότητα & ἄρτη excidere Diogeni potuerint, si foliorum partes extimis comedit, non dispicio. Puto igitur quedam verba ante ista, καὶ φύλλων ἄκρα πρæcessisse, καὶ μέλις aut similia: Ita enim etiam Plutarchus lib. de Pers. virtut. εἴτε μή τι μή

LIB. XIII. CAP. XXVI.

895

τεσκέψατο τὸ πραττόμενον, καὶ μειδίας, καὶ ἑαυτοῦ γενήμενος Φαιδρότερός τε, καὶ ἵλεως, εἰπεν. ὁ μὲν μῦς σῦτος τῆς Αθηναίων πολυτελεῖς δεῖται οὐδέν· οὐ δὲ, ω̄ Διογένες, ἄχθη, Φησίν, ὅτι μὴ συνδιπνεῖς Αθηναίοις. Καὶ ἐπέρεσσεν ἔχυτῷ εὐκαιρον εὐθυίαν.

ΚΕΦ.

CAP.

συνοφροῦ) καὶ τύρανοι. Ex illis, qui offis viuent, non fur prodit, non hostis, sed calumniatores & tyranni à carnivoris veniunt. Porphy. φύλλων ἄκρας ιμψύχ. Cæterum de mazivid. Marfil. Cagnat. lib. I. Observ. cap. 29. & lib. III. cap. 18. KUHN.

Φύλλων ἄκρα &c.] Vetusissimus hic erat cibus hominum, ante glandes repertas, si fides Ovidio Fast. IV. 393.

Panis erant primis virides mortalibus herbæ,  
Quas tellus nullo sollicitante dabant.  
Et modo carpebant vivax è cespite gramen,  
Nunc epule tenera FRONDE Cacumen erat.

Plura ejus argumenti vide hic apud Schefferum. Sluisk. & Medd. legunt φύλλων, quonotantur folia herbarum hortensium, & oleorum. Vide Suidam in φύλλων, & Schol. Aristoph. ad Acharn. p. 394. Sed vulgatum verius, licet villissimis ejam oleribus, λαζανοῖς, vietatisse Diogenem, ex colloquio illius & Aristippi constet. Vide Laertium in Aristipp. & Valer. Max. IV. 3. 4. PERIZ.

ΚΕΦ. ηξ'.

Περὶ Σωκράτους σώματος.

**O**τι τὸ Σωκράτους σῶμα ἐπέπιστο κόσμιον, καὶ σωφροσύνης ἔγκρατες γεγονέναι· καὶ τάυτη ἐνόσου Αθηναῖον πανδημεῖ, καὶ οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον, Σωκράτης δὲ μόνος οὐκ ἐνόσησε τὸν ἄσχην. Οτούνυν τοιούτῳ συγὼν σώματι, τίνα ἡγύμενα εἶχε τύχην;

ΚΕΦ.

C A P. XXVII.

De Socratis corpore.

Socratis corpus recte se habere & temperantiæ deditum esse, creditum est: atque ita Athenienses in universum ægrotabant, & hi quidem moriebantur, illi vero lethaliter decumbebant, Socrates autem unus non ægrotabat omnino. Qui vero ejusmodi corpus habuit, quali eum animo præditum fuisse, credimus?

CAP.

1 Τὸ Σωκράτες] Habes apud Diog. Laërtium, vita Socrat. & Gellium lib. II. cap. I. Pestini describunt Thucyd. lib. II. Lucretius lib. VI. SCHEFF.

2 Επέπιστο] MSS. πιπίστο, ut solent plusquam perfecti temporis verba passim etiam sine illo Augmento nobis occurtere. Vide Indicem. PERIZ.

3 Καὶ πάντη εἰσὶν] Lege καὶ ὅταν. FABER. Cuperus distinctionem tantum putat vitiosam, & sic formandam: περισσέας καὶ λιγότερας Αθηναῖοι. Präfero sententiam Cuperi, quem vide ipsum lib. III. Observ. cap. 15. SCHEFF. Nulla textus indiget correctione. & καὶ πάντη significat, itaque. Hesychius: πάντη, ἔτις, τέττα τῷ τρόπῳ. KUHN.

4 Πανδημεῖ καὶ] Turbata hæc sunt in eptis distinctionibus, & ideo ab Editoribus atque aliis Eruditis parum intellecta. Junxerant hæc superioribus per comma, & punctum collocaverant post πανδημεῖ, atque ideo

Faber pro πάντη legi voluit ὅταν. Cuperus vero Observ. III. 15. ita hæc distinguere luisse videtur: οὐκ πάντη εἰσὶν. καὶ εἰπειν πάντη καὶ τάυτη. Εύτοτε Αθηναῖοι πανδημεῖ, &c. Ut sensus sit, creditum est &c. nam ex eo, quod scil. sequitur. Sed non opus est ea divelli, & satis plana sunt omnia, modo post ἄλλο ponas non punctum, sed comma, & expotas ut à me vides factum. Peccentia autem hic designatur celebris illa, in qua & Pericles duos amissit Filios, quos filos habebat legitimos. Vide supra VI. 10. & IX. 6. PERIZ.

5 Ερόσος πλὴν ἀεχλοῦ.] Non repudio. Vt tamen Noster potius scripsisse: εἰσὶν πλὴν ἀεχλοῦ. SCHEFF. Hoc est variare phrasem non corrigerem. KUHN.

ΚΕΦ. ηγ'.

C A P. XXVIII.

Περὶ τὸ οἰκέτου τὸ Διογένες ὑπὸ κυνῶν  
Ἀφοστασίας.

De servo Diogenis à canibus  
discerpto.

Διογένης οἶκα ἀπέλιπε τὴν πατρίδα, εἰς αὐτοῦ τῶν οἰκετῶν ἴκολούθει, ὄνομα Μάνης, ὃς οὐ φέρει τὴν μετ' αὐτοῦ Αφοστασίαν & ἀπέδρα προτρέποντας δέ τινας Σητεῖν αὐτὸν, ἔφη· οὐκ αἰχρόν, Μάνης μὲν μὴ δεῖθαι Διογένες, Διογένην δὲ Μάνους; Οὐτοῦ δὲ οἰκέτης εἰς Δελφοὺς ἀλώμενος ὑπὸ κυνῶν διεσπάθη, τῷ ὄνόματι τὸ δεσπότου δίκας ἐκτίσας, ἀνθ' ὧν ἀπέδρασεν.

ΚΕΦ.

1 Διογένης] Adde Laertium & Thaletem apud Stobæum serm. xciv. SCHEFF.

2 Απέλιπε τὴν πατερίδα] Patria fuit Sinopeis; eam vero reliquit, fugâ sibi consuens, quem accusareret adulterasse & circumcidisse nummos. Vide Laertium in Diogene. PERIZ.

3 Αὐτὸς τὸ οἰκετῶν] MSS. B. & C. αὐτῷ τὸ οἰκετῶν. SCHEFF.

Eis αὐτῷ τὸ οἰκετῶν ἴκολούθει] Ut B. & C. Parisienses, sic & Lugd. αὐτῷ: quod ferme praturerim vulgato. De re ipsa, & hoc

Diogenis dicto Vide Diog. Laert. & Seneca de Tranquill. An. cap. 8. PERIZ. Editio-nes Perusci & Gesneri præferunt αὐτῷ.

4 Απέδρει] Meminit Seneca de Tranquill. SCHEFF.

5 Τὸ ιδίωμα τὸ δεσπότων] Kuhnius in Indice hæc interpretatur, Domini vice, & alius sum putat ad cognomen Diogenis, quo Kuhnus pauci audiit. Voluisse ergo videtur. jungi

Quum Diogenes patriam relinqueret, unus ex servis eius secutus est, nomine Manes, qui non ferens ejus convictum, aufugit: quum vero nonnulli Diogenem hortarentur, ut eum quereret: An non, inquit, turpe foret, Manen Diogenis non egere, Diogenem vero Manis indigere? Servus autem ille, quum Delphos errando pervenisset, à canibus discerptus est, poenam Domino persolvens pro eo, quod aufugerat.

CAP.

hæc superioribus, ut sensus sit, Servum à Canibus discerptum vice Domini, quasi Canes pro Domino poenam sumpserint de servo. Sed alienum hoc est ac longe nimis pertinet. Repugnat etiam Articulus n. Simpliciter igitur locutione hac Dominum designari putem, vel disertius, illum qui jus & Nomen Domini in hunc servum obtinebat. Sic passim ιδίωμα, nomina, pro ipsis hominibus. Lucas Act. Ap. I. 15. λογοθέτης οἰκετῶν εἰς ἐκεῖνον εἴκοσι. Johannes Apocal. III. Adde xi. 13. ubi dicuntur occisa ιδίωματα ἀνθρώπων septies mille. Sed &, ut hic, ita Act. x. 43. ἀφονού ἀμαρτῶν λαβεῖν Αγ. τὸ οἰκετῶν τῷ Χριστῷ. Etiam Latini: Livius I. 10. Ita per se ipsum nomen Cænatum in agrum Romanum impetum facit, h. e. foli Cænatienses. Vide plura ejus generis apud Vechnerum Hell. II. 8. p. m. 338. PERIZ.

XX XX X

ΚΕΦ. Χθ.

Περὶ ἐλπίδος.

**E**λεγεν δέ τὸν Πλάτωνα, τὰς ἐλπίδας, <sup>2</sup> ἐγρηγορότων ἀνθρώπων <sup>3</sup> ὄντες εἴναι.

**L**acedæmonius quidam adolescentis vilissimo pretio fundum emerat, ita deinde ad magistratus est ductus & mulctatus. Ratio vero damnationis hæc erat, quod quem juvenis esset, acerrimo lucri studio teneretur. Fuit autem Lacedæmoniorum etiam illud vel maxime virile, ut non solum adversus hostem in acie starent, verum etiam contra argentum.

Μή πέρος δόξεις ἦσαν, ηδίλως τοφες αἰψὺς γενέσθαι.

**N**e specta, ne quærere gloriam, studens repente sapiens esse. Et ès apud nostrum I. 28. Sluisk. hic legit τὸ ἔχειν ἐρδάνειν ἡδ. ἡρα, quæ vitii sunt manifesta, orti forsan ex eo, quod variam lectionem, τὸ, & τὸ, voluit exhibere

utramque. IDEM.

**3 παρεπιδήσας**] Contra avaritiam, non quidem Laconicam, sed aciem Christianam dabit Prudentius in *Psychemachia*. KUHN.

**4 Αλλὰ καὶ πέρος ἀγρύπνοι** Sluisk. ἀ. π. π. ἀγρύπνοι. Sed quod ab hoc loco & capite est alienum. PERIZ.

ΚΕΦ. μέ.

Περὶ τινῶν γυναικῶν ἐπαίνου  
ἀξίων.]

**Γ**υναικας τῶν Ελλήνων ἐπαίνουεν,  
1 Πηνελόπην, Αλκητήν, καὶ 2 τὴν  
Πρωτοπλάστην. Ρωμαίων, 3 Κορη-

CAP. XLV.

De quibusdam laude dignis mu-

lieribus.

**M**ulieres laudamus, ex Græcis, Penelopen, Alcestin, & Protesilai uxorem: ex Romanis vero, Cor-

**1 Πηνελόπην, Αλκητήν, καὶ τὸν Πρωτοπλάστα**] Celeberrima est Penelope propter pudicitiam inter tot procos, absente marito, sancte servatam, ex Homero, quem Alii, ut solent, Poeta sequuntur. At Lycophron *Meretricem* appellat, & Duris Samius cum omnibus procis concubuisse tradidit, atque inde ortum & dictum *Pana*. Vide Lycophr. *Cassandra* v. 772. & ibi Schol. Alcestis Admeti fuit Uxor, pro quo voluntaria morte obiit, atque ideo ab Hercule ad vitam est reducta, vel remissa à Proserpina. Vide Apollodorum I. 9. 15. & Hyginum fab. 51. & 243. ut & 251. ubi ab inferis rediisse dicuntur Alcestis hæc, & Protesilaus propter Laodamiam Acasti F. Nempe Laodamia fuit hæc Protesilaus Uxor, quæ rogavit Deos inferos, ut ad se vel semel remitteretur Protesilaus. Hinc Plutarchus in *Euphemidem* ait, *soli Deorum Amori obsequi Pluto-nem*, & ideo remisisse Alcestin, Protesilaum, & Eurydicem Orphæi. Protesilaus autem mox iterum decedente, desiderium ejus non sustinens, periisse etiam dicitur Laodamia. Vide Hyginum fab. 103. & 104. Alcestin una cum Eudæne celebrat Noster etiam in *Hist. Anim.* I. 15. PERIZ.

**2 τὸν Πρωτοπλάστα**] Laodamiam scilicet, quæ marito ad bellum Trojanum profecto & in excensione è navibus ante omnes cæso ab

hostibus supervivere noluit. Philostratus in *Heroic.* ait eam apud inferos, εὐδαιμόντα γυναικῶν πειστεῖν. οὐδειμερότερον, cù αἱ Λακεστίς τε ἡ Αδμήτη καὶ Ευαδήν ἡ Κατωνίας καὶ αἱ παντες θεοὶ σεφερούστε καὶ χρησταὶ, mulierum gloriofissimam vivere, dum co loco est, quo Alcestis Admeti, & Eudæne Capanei, earumque similes modestie & bona. Servius *Aeneid.* vi. refert, quod, cum maritum in bello Trojanō primo periisse cognovisset, optaverit, ejus umbram videare: qua re concessa non deserens eum in amplexu ejus periiit. KUHN.

**3 Κορηνίαν, καὶ Πορνίαν**] Satis nota & ha- sunt ex Historiis Romaniorum. Prior fuit *Cornelia*, Scipionis Africani majoris Filia, Mater Gracchorum, laudata multum à Valerio Max. iv. 4. 1. & Seneca *ad Helviam* cap. 16. etiam Eloquentia nomine à Cicero-ne in *Bruto* cap. 58. *Porcia Catonis* fuit Uticensis filia, Uxor M. Bruti, quæ, aedita marii clade & nece, sibi quoque mortem consivit. Vide de Ea *Plutarchum in Bruto*, & Valer. Max. 111.2.15. & iv. 6. 5. PERIZ.

**4 Κεστίλα**] Puto *Ovesitalia* legendum esse. *Cestilia* enim ignota, *Vestilia* vero uxor clarissimorum apud Romanos civium. Vide Plinii lib. VII. cap. 5. Sed nostrum video nunc placuisse etiam Reinesio ep. 35. ad Rup. SCHEFF. *Lego Σικηλίας.* FABER. vid. HIC

λίαν, καὶ Πορκίαν, & καὶ Κετίλιαν. Εδυνάμη δὲ εἰπεῖν καὶ ἄλλας, ἀλλ' οὐ βούλομαι τῶν μὲν Ελλήνων εἰπεῖν ὅλιγας, ἐπικλέουσα

Corneliam, & Porciam, & Cestiliam. Possem quidem & alias referre: sed nolo Græcorum paucas dicere, & Romanorum nomini.

bus

Hieron. lib. i. contra Jovinian. *Kετίλιαν* habet Editio Romana, a quâ id acceperere omnes infecutæ editiones, nec dubium est quin mendosa sit vox illa. Ego quidem conjectim scripsisse Nostrum olim *Καντίλιαν*, ut designaret Tanaquilem Tarquinii Prisci conjugem, quæ longe celebrior fuit apud Romanos, quam ulla vel *Vestilia* vel *Sextilia*. Eadem vero & *Gaja Cæcilia* vocata est, ejusque laxam cum colo & fuso in templo Sangi durasse, prodente se, auctor est M. Varro &c. Plinius lib. viii. cap. 48. KUHN.

[καὶ *Κετίλιαν*] Illa vero ignota est plane, & ideo forsitan, vel quia mendosa scriptum repiebat ejus nomen, prorsus eam omisit Lugd. Codex, & Regius B. Sed & Erradii omnes variis modis Nomen hoc emendare student. Reinesius ad Rupertum Epist. 35. p. 237. & Schefferus legunt *Ουεριδίαν* ex Flinio Nat. Hist. vii. 5. At istic nulla *Vestilia* istius laus, sed quod varios partus, modo septimo, modo octavo, aut undecimo mente ediderit. Hanc ob rem ineptum cit eam inter Tres omnium Romanarum mulierum laudatissimas velle referri. Faber *Σεξτίλιαν*, sed ex conjectura nullis rationibus fulta. Vofsius ad Vellejum Pat. ii. 88. & ex illo, legit *Σεξτίλιαν*; Sed ipse dubitat de hac *Servilia*, à nemine, præterquam à Vellejo commemorata, atque ideo erroris a Vellejo commissi suspecta, (Vide & Rupertum ad Reines. Ep. 34. p. 196.) certe minime celebri. Certioris Historia foret *Sextitia*, quam laudat Tacitus Ann. vi. 29. ut quæ Maritum, Mamercum Scaurum, sub Tiberio bortata fuerit, ut damnationem voluntaria nece anteiret, atque ipsa mortis ejus pariceps extiterit Kuhnius tandem in Addensis legi vult, assidente Cl. Boivinio, *Καντίλιαν*, & inteligit Tanaquilem, Tarquinii Prisci Uxorem, quæ & *Cæcilia* fuit diæta. Ea vero celebrata est *Tanaquilis* nomine in Historiis, ut magni animi & spiritus mulier, unde nomen ejus pro imperiota in maritum matrona ab

Ausonio in Epistolis usurpatum, in hisce, *Tanajnil tua nesciat illud*. Porro nomen ejus, *C. Cæcilia*, non occurrit in Historiis, sed ex reconditis & incertissimis traditionibus haustum est, Nempe in nubendo sponsa dicebat. *Ubi tu Gajus, ego Gaja*: id vero dici ajunt, quia Tarquinii Prisci Uxor, vel, ut alii, Nurus, dicta *Gaja Cæcilia*, proba fuerit lanifica. Vide Festum in *Gaja*, Plinium Nat. Hist. viii. 48. & Plutarchum in Question. Rom. 30. Neutiquam ergo celebre adeo est illud ejus nomen, neque laudata valde ipsa hæc femina, in Historiis. Quid plura? Vix dubitem scripsisse Auctorem, mutatis tantum duabus literis, *Κλοιλίαν*, *Clæliam*, quæ ex Historiis est notissima, & laudatissima, statua Equestri, quod, quam obses esset data Porsennæ, equo consenso Tybrim traheretur, & ita *viris lumen virtutis* pretulerit, ut ait Valer. Max. iii. 2. 2. ab ipso populo honorata, atque ideo inter feminas Romanorum maxime celebres, & fortitudinis ac virtutis nomine laudatas, minime praeterenda. Laudant eam omnes, Livius, Florus, Valerius Max. Seneca Consol. ad Marciam cap. 16. Dionysius Halic. Plutarhus in *Publicola*, & Alii. PERIZ.

[Ως ἀν μή με τοι δογιν] Ælianu meo quidem judicio scripsiferat ος αν μή τοι δογιν, &c. Sic enim multo, multo inquam elegantius foret. FABER. Nihil elegantiæ vulgatae lectioni deesse videtur. Plato enim & Demosthenes Græcorum sine controversia elegantissimi ita loquuntur. exempla dabit Budæus in Comment. L. G. p. m. 456. 57. KUHN.

[Μὴ μή τοι δογιν &c.] Faber putat scripsisse Auctorem, μή τοι δογιν, idque elegantius multo affirmat. Reluctatur Kuhnus, & in Notis nos ablegat ad Budæi Comment. L. G. nec male; sed in Indice miror eum rejecisse itidem Fabri conjecturam, sed hac ratione, quia & Noster Hist. Anim. vi. 51. ος αν μή δογιν ἀργοδάς ἔχει αὐτῷ, ne ejus videar ignorans. Atqui hæc ipsa utique est locutio, quam

Faber

δὲ τοῖς τῶν Ρωμαίων ὀνόμασιν, σ ὡς  
ἀν μή τοι δογιν χαρίζεσθαι ἐμαν-

τῷ διὰ τὴν πατρίδα.

Faber præfert. Et sane ita solet Noster supra ix. 32. ος ἀν μή δογιν δι' αἵνας ἔχει πατ-

της,

I. 25. ος ἂν μή δογιν πάντη τοπερφορεῖ τῷ

Αλεξανδρε.

Quapropter &amp; Ego pene putem

scripsisse Nostrum, sed paulo alteri, quam

volet Faber, ος ἀν μή δογιν χρεῖ. &amp;c. με

videtur ortum ex repetita vocula μή.

Ceteroqui non negaverim δογᾶ etiam Active su-

mi pro, puto, existimo. Theocritus Idyll.

xv. 93. Δωρεῖσθαι δὲ τῆς (δογᾶ) τῆς Δωρεῖσθαι,

h.e. Doribus (puto) licet Dorice loqui. Dio-

nys. Halic. lib. vii. p. 418. extr. ἐκ ἄκρων

εἶναι δογᾶ, non intempestivum fore arbitror.

Anton. Lib. fab. 5. πάγινται τῇ μητρὶ, τῷ πατέ-

ρέλῳ εἴναι δογᾶ, rem habet cum matre, putans

eum esse Timasdrum. Matthæus Euang. III.

9. μὴ δογᾶτο λέγειν, ne in animum inducatis

dicere. Sed hujusmodi in locis sæpe additur

Pronomen reciprocum, μη, τοι, οι vel ει-

της. Lucianus de M. Peregr. τῶν τέσσαρων μη

δογᾶ, illa omisurum me puto, illa omisurus

miki videor, omittere decrevi. PERIZ.

## ΚΕΦ. μετ'

Περὶ Μαγνήτων Θεραπείας κτι τῷ  
Ἐφεσίον.

## CAP. XLVI.

De Magnetum acie contra  
Ephesios.

**O**ι Μαγνήδρω παροικοῦντες <sup>2</sup> Μα-

γνῆτες, Εφεσίοις πολεμοῦ-

ντες, ἐκατὸν τῶν ιωταίων ἦγε αὐ-

τῷ συστριβοῦ, θηρατὴν κύνα, κὺ

άκοντην οἰκέτην. Ηνίκα δὲ τοι συμ-

μέση,

Magnetes, accolæ Mæandri, quum bellum contra Ephesios gererent, singuli equites commilitonem secum duxerunt, canem venaticum, & servum jaculatorum. Quum vero

iοι Μαγνήδρω &c.] Duæ fuerunt in Asia Magnesiae, altera ad Fl. Mæandrum, item Castabalenium, sub Sipylo monte. Bellum hoc contra Ephesios feliciter fuit gestum, & simul antiquissimo tempore, quippe jam ante Archilochum, qui vixit tempore Gygis Lydorum Regis, vel Romæ conditæ. Vide supra x. 13. De Urbe hac, & Bello contra Ephesios Vide Strabonem lib. xiv. p. 647. ex quo etiam patet, Urbem paulo post fuisse eversam à Cimmeis illis, qui Treres dicebantur. Sed postea restituta fuit. De canibus venaticis ad bellum adhibitis Vide hic Schefferum & Kuhnium. Syntaxin, οι Μαγνῆτες ἔρεσθαι ηγετο, ex-plicoi III. I. 11. & x. 16. I. PERIZ.

<sup>2</sup> Μαγνῆτες] Meminit Pollux lib. v. cap. 5. Fuit hæc & Colophoniorum consuetudo &

Castabalenium. Plinius lib. viii. cap. 40. Propter bella Colophonii, item Castabalenis cohores canum habuere. Et prima dimicabant in acie nunquam detrectantes, hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiiorum indigna. Vide Polyænum lib. v. & lib. vii. ubi simile quid de Alyatte refert. Adde Nostrum lib. vii. Hist. An. cap. 38. ubi & Hyrcanis ait fuisse in usu. Vegetum quoque lib. iv. cap. 26. Æneam Poliorc. cap. 22. & 31. SCHEFF. Ptolemaeus canem aluit Molossicum, Briareum dictum, qui ipsi semper in præliis aderat custos pugnæque socius: ventre mortui rescipto, cor ejus pilis obsitum deprehendebant. Photius p. m. 245. 46. Pollux lib. v. cap. 6. ait Μαγνῆτες μὴ τὸς ἐπὶ Μαγνῆδρον τριφενῶν, πολίμων οὐτεστισάς, πολύποιος ηπειρῶν καὶ ποταμῶν

K k k kk

μίξαι, ἐνταῦθε οἱ μὲν κύνες προ-  
πηδῶντες ἑταῖροι<sup>3</sup> τὴν παρεμβο-  
λὴν, Φοῖβοι τέ, καὶ ἄγειοι,  
καὶ ἐντυχεῖν ἀμείδικτει ὄντες· οἱ  
δὲ οἰκέται προσωριῶντες τῶν δε-  
σποτῶν, ἡγεντίζον. Ήν δὲ ἄρα,  
ἐπὶ τῇ Φθαρούσῃ διὰ τὸν κύνα  
ἀταξία, καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκε-  
τῶν δράμενα<sup>4</sup> ἐνεγύν. Εἴτα ἐκ  
τρίου ἐπέλεγαν αὐτοῖς.

verò jam concurrendum esset, tum  
prosilientes canes aciem hostium tur-  
babant, quum terribiles essent, &  
truces, & in occurso minimemites.  
Servi vero ante dominos prosilien-  
tes, jaculabantur. Erant autem post-  
quam turbata jam erat acies hostium  
per canes, etiam illa, quae à servis  
fiebant, utilia ad victoriam confi-  
ciendam. Ita tertio demum loco ipsi  
hostem invadebant.

*αἱ οὐρανοὶ κύνες. Magnetas ad Meandrum  
colentes canes alere, qui in bellis satellitum  
& armigerorum vices impleant &c. Strabo lib.  
iv. p. 138. Κελτοὶ καὶ αὗται τὰς πολέμους χρήναν  
καὶ τοὺς ἵππους, Celte & illis (canibus Bri-  
tannicis) utuntur in bello & suis domesticis.  
Bello natus erat ille etiam Canis, quem Ha-  
des, Rex Molosorum, habuit, Tricerber-  
umque dixit. Erat Regi filia omnium pul-  
cherrima, quam amore impulsus Pirithous  
noctu rapere, puellā non invitā, consti-  
tuerat. Parens vero, re sibi detecta, canem  
fuum, omnibus ursis lupisque fæviorem præ-  
foribus alligavit, qui miserum illum amato-  
rem, cum ad constitutum tempus consilium  
exsequi vellet, ravidis mortibus laceravit, &  
confecit. Eandem canis ferocitatem virgo,  
opem suo latura Pirithoo, experta est. Hinc  
Proserpinæ raptus, hinc Orci Cerberus &*

alia, quæ in Poëtis utramque paginam fa-  
ciant, in libros dimanarunt. Suidas in voce  
κύνη. vide sis Solinum Polyhist. cap. 25. Val.  
Flaccum. III. Argonaut. KUHN.

3 Τὸν παρεμβολὴν] Παρεμβολὴ ἡ τὸ ὅριον πα-  
ρέδεσι, εἰνὶ ὑπεριτάν παρὰ ὑπεριτάν ποιητικὴς ἡ  
ἡ τῶν ἀρούρων, εἰνὶ ὑπεριτάν πολὺ ψιλός. GESN.

Τὸν παρεμβολὴν] Significat hic Aciem, alibi  
etiam Castra. Sic in ipsis Act. Apost. XXI.  
34. εἰλέσθη ἄγοσθα εἰνὶ εἰς τὸν παρεμβολὴν,  
jussit eum duci in castra, in quibus agebat  
præsidium Urbis. Sed res est notissima. PER-  
RIZ.

4 Ενεγύν] Leg. εἰνεγύν. & ita in Codice  
Vulteji esse debuit; vertit enim non obser-  
vum. FABER. Malim εἰνεγύν, ut noteatur,  
multa cum hostium strage inventos esse ser-  
vos. KUHN.

## ΚΕΦ. μ<sup>ζ</sup>.

## C A P. XLVII.

Περὶ Ζευξίδ<sup>5</sup> Ελένης εἰκόν<sup>6</sup>, καὶ De Zeuxidis imagine Helenæ, &  
Νικοστράτου ζωγράφου.

O<sup>7</sup>τι Ζευξίς ὁ Ηεράκλεωτης ἔγρα-  
ψε τὴν Ελένην. <sup>2</sup> Νικόστρα-  
τον<sup>8</sup>

Zexus Heracleota Helenam pin-  
xit: Nicostratus itaque pictor  
obstu-

I<sup>9</sup>Ζαξίς] A Crotoniatis magno pretio con-  
ductus pinxit Helenæ simulachrum, quia eum  
in muliebri corpore pingendo plurimum aliis

præstare creditum. vide Ciceron. lib. II. Rhetor. statim ab initio. KUHN.

Ζευξίς ἡ Ηεράκλεωτης] MSti Mei pariter, &

τὸν οὖν ὁ ζωγράφος ἐξεπλάνητο  
τὴν εἰκόνα, καὶ τεθηπὼς τὸ γεφύ-  
μα δῆλος<sup>10</sup> ἦν. Ήρετο οὖν τις αὐτὸν  
προσελθὼν, τί δὴ πατέων<sup>11</sup> οὗτος  
ταυμάζει τὴν τέχνην; ὁ δὲ, οὐκ ἂν  
με πρώτην, εἶπεν, εἰ τὸ τοῦ  
εμούς ὄφαλον<sup>12</sup> ἐκέντησο. <sup>13</sup> Εγὼ  
δὲ οὐ φάνη τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν λόγων,  
ἄλλ’ εἴ τις ἔχει πεπαθυμένα  
ώτα, ὥσπερον οἱ χειρουργοὶ τεχνικὰ  
ὄμματα.

& Regii B. C. ac Med. uterque, εἰς ζιῦξι,  
quod ideo admisi. De ejus Helena Vide su-  
pra IV. 12. PERIZ.

2 Νικόστρατος<sup>14</sup>] Legendum puto Νικόστρατος<sup>15</sup>,  
qui celebris plane pictor fuit, & quem Zeu-  
xidi jungit etiam Plutarchus in lib. de Virtutib.  
Mal. in initio. Vide & Junii Pictores,  
qui multam facit Nicomachi mentionem, at  
Nicostrati nullam, nisi ex hoc Ηλιανοὶ loco.  
Regius B. legit Νικόστρατος. IDEM.

3 οὐτῷ θωμάζει] Mallem, θωμάζει? sic  
enim sequentia melius convenienter. SCHEFF.  
Malim θωμάζει, admiretur, quod MS. C.  
confirmat, notante Scheffero. KUHN.

τι δὲ πατέων<sup>16</sup> εἴτε θωμάζει] Schefferus mal-  
let θωμάζει, sed male. Kuhnus θωμάζει,  
id quod confirmatur à Sluisk. & Regio C.  
ac Med. 2. At Lugd. & Reg. B. legunt  
θωμάζει, quod videtur omnium optimum,  
quum & mox sequatur ἔχο. Alterutrum  
certe verum est, & recipiendum. PERIZ.

4 τοὺς ἐμὸν ὄφαλον<sup>17</sup>] Scilicet γεγυμασθόντες  
εἰ γεφύρη καὶ τεχνής, in arte pingendi exerci-  
tatos & artificios. Ut enim Graci prover-  
bio dicunt, διπλῶν ὄφατον εἰ καθίντες γεφύραται  
(πίγλιον,) duplo plus vident, qui literas (artem)  
didicerunt. Ideoque usū venire solet in poe-  
matibus, in picturis, ut delecentur imperiti,  
laudentque ea, quæ laudanda non sunt, ob-  
eam, credo, causam, quod insit in his aliquid  
probi, quod capiat ignarus &c. Cicero lib.  
III. Offic. Huc facit. quod de Cano Tibi-  
cine Plutarchus tradit, eum scilicet dicere sol-  
litum, nescire homines, quod se ipsum magis  
obstupescerat ad illam imaginem,  
& manifestum erat eum picturam  
vehementer admirari. Accedens  
itaque quidam rogabat eum, Quid  
ipsi evenisset, ut adeo artem admiraretur? At ille: Non, inquit, id  
me rogares, si meos haberes oculos.  
Ego vero illud etiam de orationibus  
dixerim, admirari scilicet eas, sed  
tantum si quis eruditus habeat aures,  
sicut opifices habent oculos artis  
peritos.

tibia delectet, quam ceteros; si scirent, non  
mercedem daturos esse auditionis, sed petituros  
à cenente. Habebat enim Tibicen acris li-  
matiusque aurium judicium, quam alii artis  
ignari, adeoque dulcedo cantus intimus ejus  
animum demulsum. Ita in omnibus aliis se res  
habet. Apostolus ad Hebr. cap. v. τοὺς Αἴγι-  
τειον καλέπτε καὶ τοὺς αἰδηπέσιαν γεγυμασθόντα,  
ad discrimen tum bonitum mali sensuum instru-  
menta uisu subacta, requirit. Medici ad dif-  
ferentias pulsuum rite cognoscendas τὸ γεγυ-  
μασθόν τότε λογιστὴ καὶ αἴρει, exercitatum rationem similemque tactum advocant. Paulus  
Αἴγινeta lib. II. confer Galenum lib. I.  
methodi curandi. In oratione quid sit com-  
positione jucundum, numeris absolutum,  
verborum genere illuminatum παπιδεμένα ἀ-  
τα, eruditæ aures judicant. vide Ciceronem  
de Oratore p. 377. & seq. His adde quæ Sto-  
bæus ex Plutarchi Amatori nobis conserva-  
vit Serm. CLXXXIV. (Ingens enim in eo scrip-  
to lacuna facile apparat) καὶ γένθις ὄψεις, καὶ  
ἀκούς ἀκοὴ φύει τε μᾶλλον διηδρωται, καὶ τεχνη  
συγγεγύματα πρὸς τὴν Θεολογίαν Αἰδηπέσιαν. εἰ δὲ μορφαῖς  
καὶ ἀρχαῖς καὶ μέτεον εἰ τὸ Μετοπόν. εἰ δὲ μορφαῖς  
καὶ θεοῖς εἴτε τὸν Ζώνα (I. ζωγράφων cum Gesnero)  
φύεις. ὅπῃ εἴσει ποτε Νικόστρατον λέγοις πρὸς ἀ-  
θητῶν ιδίατην φύσαντα, μὴ καλή ἀντα φωτίην  
τὴν Ζευξίδ<sup>18</sup> Ελένην. λάβε τὸν ἐμὸν ὄφαλον<sup>19</sup>, καὶ  
θεοῖς τοι φάνησται. πολλοὶ δὲ μυρεῖοι, τοῖς τὰ  
φρεσκοῖς καὶ τὸν Δίας ὄφαλον τοῖς τὸ γεφύρα  
εἴ τις συνθέται Αἰδηπέσιαν ιμάν κεῖσθαι θάσοι. πατ  
& visus visu & auditus auditu tum naturā  
consummatio est, tum arte exercitatio ad  
discer-

discernendum meliora. In concetu equidem & modulis Musici, in figuris vero & imaginibus pictores, plus ultra vulnus hominum sapient. Ita Nicomachum ait aliquando idiotae alicui, qui Zeuxidis Helenam pulchram sibi videri negabat, respondisse: cape meos oculos, & statim Dea tibi esse videbitur. Quin etiam ex unguentariis multi circa odorata & coqui circa ea que gustum afficiunt, usu & consuetudine sensus acutiores habent, quam nos. Hæc Stobæus. Philonem etiam audiamus ἀπὸ Στοβαίου. ὅσπες, inquit, ἀλλὰ μυσική τῷ μυσικῷ καὶ ἀλλὰ πάντῃ τέχνῃ τῷ εἰκάσῃ καθηλωμένη. ἔτι καὶ ἀλλὰ σοφίᾳ τῷ εἰδεῖ θεωρεῖ. σοφία ἡ εἰ μόνον φωνὴ τρόπῳ ἐξαρχεῖ & ἀρχεῖ ἐστιν, ἄλλῃ καὶ αὐτὴν ἴρα. quemadmodum per Musicam

ΚΕΦ. μβ'.

Τίταν ὁ Αλέξανδρος οὐ πώποτε.

**O**τι ὁ Αλέξανδρος Πτολεμαίου τὸ δεξιὸν ύφωράτο, ἡ Αρρίου

ea quæ ad artem hanc pertinet, & per singulas artes, quid quæque habeat artificiosum, intelligitur: ita etiam sapientia virtute contemplatur, quid sit sapiens. Sapientia autem non tantum instar lucis instrumentum est ad vindendum, sed se ipsam quoque intuctur. Aristot. lib. I. de Moribus cap. I. ἔργον τεκνίου καὶ γυνάκει, καὶ τέταυ εἰσὶν ἀγαθοὶ καρτητοὶ, καὶ τοσοὶ ἀργοὶ εἰ πεποιηθεῖσι. ἀπλῶς δὲ οὐδὲν παντεύθυντο. KUHN.

5 Εγὼ δὲ ἀντὶ φαινοῦ τοῦ] Legē τὸν αὐτὸν. FABER.

6 Εἰς τὸν ἔχει] Legendū τοῦ, jubentibus id pariter MStis, tum Meis, tum Regiis omnibus. PERIZ.

## C A P. XLVIII.

Quos Alexander suspectos habuerit.

Alexander Ptolemæi solertiam habebat suspectam, Arriæ vero

babet, Ludo: Viciſſitudines enim laborum semper amo) ſpeciem habet ſtudii ludendi cum ſodalibus. Sequitur deinde Caput ſuperius, ſeu 47. hujus Libri, de Zeuxide & Nicoſtrato, ac tum demum hoc caput 48. ſed ita, ut præmittatur ei caput 16. libri XII. idque ipſum cum proœmio, quali Auctor ſapere uituit, ſed quod iſtac tamen non occurrit, quodque ideo hic dēſcribam. Λέγεται Αλέξανδρος ὁ φιλίστας ζηλοτυπάντα πρὸς τὰς ἑταῖρas. Αἱρεθῆναι, καὶ βατκιαῖναι μὲν πάσι, & μὴν ἀλλὰ τὰς αὐτὰς αἵτινας. ἀπόκριθεν γὰς Περδίκκας μὲν, ὃς οὐ πολεμικός, Αὐτοριάρχης δὲ, ἐπεὶ σεργητεῖς ἀγαθοὶ ἐδίκει, Σελινύς δὲ, ἐπεὶ ἀδρεῖς οὖν. Αὐλιγάρχης δὲ αὐτὸν ἐλύπη τὸ φιλόμουρον, Αἴθιλλος δὲ ἀκριθεῖτο τὸ μέγαν καὶ Πτολεμαῖος δὲ τὸ δεξιὸν ύφωρεῖ. Αρρίου δὲ & cetera hujus Capitis. h. e. Alexander Philippi F. dicitur in maximam emulationem adversus amicos animo fuſſe compositus, & invidiſſe omnibus, neque tamen ob easdem causas. Nam Perdiccam quidem aversabatur &c. Reliqua enim vide jam versa ſupra d. l. XII. 16. Por-

10

ἡ ἐδίδιε τὸ ἄτακτον, τὸ γε μὴν vero intemperantiam timebat, at Pythonis novarum rerum studium.

CAP.

do Athariam, modo Aphariam Nam unus idemque est homo, præfectus ſatellitibus Alexandri, & ideo ad Philotam capiendum ſeu in custodiam redigendum adhibitus. Peſſime autem τὸ ἄτακτον vertitur hic turbulentiam. Notat enim vero illud intemperantiam. Sic ἀντικλῖνει & contraria ſignificat temperanter vivere. Unde Epicetus cap. 35. eum, qui ſe præparat Olympiis, ait debere ἀντικλῖνει. Similiter apud Suetonium Domitianus cap. 10. Άelius Lamia, cui uxorem ſuam abduxerat Domitianus, quum is laudaret illius vocem, respondit, εὐπολιτεῖ, q. d. non mirum eſt, meam cantantis vocem eſſe minime fuſcam aut obſcuram, quum Venere abstineam, & temperanter vivam, abducta uxore, & ſic cum ea adempto mihi Veneris uſu, qua vox corrumpi ſoleat. Sed & hic ipſe Arrias vel Tarrias, licet jam ſenex, luxuriosus tamen fuit & intemperans vere homo, & ideo pecuniae ſemper indigus. Vide Plutarchum d. l. PERIZ.

3 πύθων] Mentio hujus apud Curtium lib. x. cap. 8. & Arrianum lib. vi. SCHEFF. Vbi recte πύθων legitur. Rebus Indicis male πύθων Κρατιᾶ, pro πύθων Κρατιᾶ. Photius in excerptis πύθων leviore mendo: aliud erat πύθων ο Σωτικλεῖς, de quo Arrianus lib. iv. ait, quod Regis familiæ præfuerit. KUHN.

Νεωτεροποιὸς πύθων] Ut Arrias ita vivebat ἄτακτος, ut ſemper indigeret pecuniæ, ſic Python, vel Pithon, revera fuit homo μεγαλεπιζόλος, ut ait Diodorus Siculus, lib. xviii. p. 591. h. e. qui facile res magnas aggrediebatur, & poſt mortem Alexandri miſcuit rebus

conſtituendis ſe quam maxime, ut videre eſt apud Curtium x. 10. Sed & Mediæ deinde præfectus, contra Antigonum mox dimicato veniebat, agitabat res novas, apud Diodor. Sic. lib. xix. p. 690. Fuerat inter præcipiosos Alexandri armigeros, quos ſeptem numero, & omnes potiſſimos Alexandri amicos, enuemerat Arrianus lib. vi. p. 433. PERIZ.

Kk kk kk 3

ΚΕΦ. μθ.

Διὰ τί ὁ Φίλιππος τοὺς τῶν δοκιμωτάτων νιόὺς τῷ εἰατοῦ  
δερπάναν εἶχεν.

## CAP. XLIX.

Quare Philippus clarissimorum hominum filios sibi ministrare voluerit.

**O**ti φίλιππος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ δοκιμωτάτων τοὺς νιέις προσελαμβάνειν, περὶ τὴν εἰατοῦ δερπάναν εἶχεν, οὐτὶ παν, Φασιν, ἐνυπελέγων αὐτοῖς, οὐδὲ διαυτελέγων. ἀλλ' ἐκ τῶν ἑραντίων, καρτερικοὺς αὐτοὺς ἐκπονῶν, καὶ ἔτοιμους πρὸς τὸ τὰ δέοντα πράξιν προφεύνων. Πρὸς δὲ τοὺς τυρῶντας αὐτῷν, καὶ εἰς τὰ

επι-

Philippos, amplissimorum in Macedonia hominum liberis assumatis, eos in ministerio suo habuit, neutiquam, ut ajunt, libidinose eos tractans, neque ad vilia adhibens: sed è contrario patientes eos laborum faciens, & ad ea, quæ opus esset, peragenda promtos atque paratos reddens. Eis vero,

qui

**1** Οἱ φίλιπποι &c.] Ut Noster, ita Arrianus, etiam disertius, ad Philippum refert lib. iv. p. 268. istius instituti originem. Neque multum eis aduersatur, quod Valer. Max. iii. 3. ext. i. exemplum rei sub Alexandro factæ narrans, *Vetus* jam Macedonia more nobilissimos Pueros Regi Alexandro præficio fuisse tradit, quum vetustum iam tunc habeti potuerit, quod sub initio Philippi coepérat. Sed & oratorie dictum puto, quando apud Curtium viii. 8. 3. ipse Alexander se quasi excusans, & causæ serviens, more patrīo, ait, & ab antiquissimis Macedoniae Regibus usurpato, jussisse se castigari Hermolaum, qui erat inter illos adolescentes. Quamvis etiam ille locus de sola castigatione qualcumque armigerorum & satellitum Regis accipi possit, ad Philippum autem referri id proprie, quod *Nobilissimorum Macedonum liberos* ad id ministerii munus adhibuerit. Credibile enim est, Satellites & apparitores fuisse jam olim Regibus ex ipsa Macedonum gente, sed Philippum, qui primus non tantum potentiam & maiestatem Regum illorum majorem in modum extulit, sed & ipsam gentem ex pauperissima & incultissima opulentam fecit, (Vide Arrianum lib. vii. p. 456.) at-

que adeo sibi quo demum variis Macedonum familiis addita est opulentia, dignitas, & nobilitas, illum ergo cœpisse etiam Primum liberos potissimum præcipuorum civium in id ministerium pristinis conditionibus recipere. Moris autem istius meminit etiam Curtius v. 1. 42. & Livius xlvi. 6. PERIZ.

**2** Τῶν εἰς Μακεδονίαν] Refert hic noster, quasi primum ea coniunctudo à Philippo fuerit instituta, & sic Arrianus lib. iv. Curtius, ab antiquissimis Macedoniae regum hoc usurpatum scribit lib. viii. cap. 8. cum quo fecit Maximus Valer. lib. iii. cap. 3. Adde ante dictum Curtium lib. viii. cap. 6. SCHEFF.

**3** Εὐαστίων] Philippus ipse, ita enim consuetudo postulabat. Curtius: *castigandi verberibus eos nemini potestas præter ipsum regem erat.* SCHEFF. Jus & potestas eos castigandi penes Regem fuit. Sed suis manibus Regem usum in illos, id equidem non affirmaverim. Curtius l. viii. aliud docet. *Hermolaus*, inquit, *puer nobilis ex regia cohorte &c. jussu ejus (Alexandri) verberibus affectus est.* Arrianus lib. iv. κατόπιν αὐτὸν τελετηλαπήγαν λαβεῖν, jussit eum iratus verberari. ideo εὐαστίων, ἀστικεύειν, flagellavit, occidit Philippus, non ipse, sed per alium. KUHN.

EPI.

## LIB. XIV. CAP. XLIX.

999

ἐπιτατέλομενα ῥαθύμως ἔχοντας, διέκειτο, Φασι, πολεμίως. Αρθόντος γοῦν: ἐμετίγωσεν, ὅτι & τὴν τάξιν ἐκλιπών ἐξετράπετο τῆς ὁδοῦ διψήσας, καὶ παρῆλθεν εἰς παροκέως. Καὶ Αρχέδαμον ἀπέκτενεν, ὅτι προστάζεται ἀυτοῦ ἐν τοῖς ὄπλοις συνέχειν εἰατοῦ, ὅδε ὑπελύσατο, & (ἥλπισε γὰρ διὰ τῆς κολακείας χρήσιμης χειρόσαλμη τὸν βασιλέα)

6 ἀπε

qui ex ipsis vel luxui se dederent, vel negligenter jussa facerent, infestus fuisse prohibetur. Aphthonetum igitur flagris cecidit, quod quum sitivisset, ordine derelicto, de via deflexerit, & cauponis tabernam intraverit Archedamum vero mortem mulctavit, quod quum eum continere se in armis jussisset, ille ea solvisset, (sperabat enim assentatione

ris modis absumptum est. KUHN.

**6** Άτε ἀνὴ τὸν Γενεθλίου ἡν.] Superiora satis coherent, nec abjudicanda Auctori, contra quam sentiunt Schefferus, Faber, & Kuhnus. Redditur enim iis ratio, qua ausus fuerit ille contra disertum Regis imperium ὑπολύσασθαι. At hæc ferme & mihi suspecta sint, siquidem vulgata Edd. recte distinxerint superiora. Sed putem, delendam esse maiorem distinctionem post τὸν λόγον, & sequentia usque ad τὸν Parenthesis includenda, atque ita ultima superioribus jungenda, ut à me in contextu factum. Ita enim sensus, qui ceteroqui nullus est, constabit. Scilicet veterat Rex, ne *armis solutis*, missisque hostibus, involarent in prædam, quia sic sæpe parta jam victoria rursus amittitur. Ille vero quum *resistere non posset lucri & prædae rapiende studio*, fecit contra Regis edictum. Sperabat enim, se assentatione sua ita cœpisse Regis animum, ut facile ei veniam esset daturus. Ceterum Lugd. legit κερδάνειν, at Sluisk. & Regius C. κερδεῖ. Porro subiectum huic Capiti Lugd. iterum ex Libro xi. Caput 29. seu ejus potissimum partem, quæ dictum Platonis de Agrigentini continet, idque sine ulla notatu digna mutatione. Neque aliter Regius B. teste Clariss. Boivinio. PERIZ.

**7** Τῷ κερδάνειν ἡν.] MSS. omnes Γενεθλίου ἡν. In MS. B. adjicitur: ὅτι πλάτων ίδιον Ακραγαντίνος εὐαστίων πολυτελέως, καὶ ὄμοιος δειπνοντας εἴπιν. Ακραγαντίνοις εἰκοδομῶσι μὲν, οἱ ἀτε βιωσόρδην· δειπνοῖσι δὲ, οἱ αὐτοῖς τεθηκόμενοι. Desunt sine dubio non pauca. Atque hæc sunt,

ε ἀτε ἀνὴς οὐτοι 7 ε κερδαί-  
τεν ων.  
tione & obsequio cepisse Regisani-  
num) quippe vir lucro deditus.

sunt, quæ dum omne genus librorum  
perlustramus, ad Aelianum adnotare pla-  
cuit. Varia ea quidem & mixta, ut nec  
tempore eodem scripta. Faciunt tamen,  
nisi omnia me fallunt, ad meliorem ejus  
Intellectum, proderuntque non quidem eru-

ditis, juventuti tamen, cui soli omnia  
nostra studia sunt consecrata. Quod si vitam  
Deus dederit, haecque denuo sub incudem  
revocare permiserit, operam daturi sumus,  
ut & plura & doctiora proponamus. SCHEFF.



## FRAGMENTA,

Quæ vel apposito Aeliani nomine laudat Suidas,  
vel stylo Indice Auctori Nostro asse-  
renda sunt visa

JOACHIMO KUHNIO.

P R A E F A T I O  
J A C. P E R I Z O N I I.

**N**olui ejicere prorsus hæcce Fragmenta, quæ ex Suida colligit Cl. Kuhnus, ne quid hic prætermissum esset, quod ad Æliani *Variam Historiam* pertinere videretur. Quamvis, ut vere dicam, ne unicum quidem ad eam pertinere crediderim, & incertissima sint certe ea, quæ *Stylo Indice* dicuntur *Auctori afferenda*. Reliqua apud Suidam præferunt quidem Æliani nomen, sed incertum, hujus, an alterius cuiusdam: nam plures fuisse Ælianos, quis negare prorsus ausit. Deinde pleraque, si non omnia, manifeste sunt sumpta ex Æliani *Libris πονοίας*, seu ὁ Θεός Εὐαγγεῖος, de *Providentia*, seu *Divinæ providentiae manifestis documentis*, partim diserte id testante Suida, partim probante ipso Excerptorum argumento. Quatuor tantum in hisce omnibus reperies fragmentis, quæ Suidas nominatim adscripsit Æliani πονίλη ἀφρυῆσι, vel ποικ. ἴτορια, *Variæ Narrationi*, vel *Variæ Historiæ*, (Vide Ασέλγεια, Δῶς, Κάκη, & Φιλιωθέντες) sed quæ non dubito vel ipsius Suidæ ἀμαρτήματι μηδουνὶ τribuenda, vel Librariorum Errori & Audaciæ, non tantum, quia in hac Nostra Æliani *Historia* nusquam occurunt, sed & quia aliud nihil, quod ex ea constet vere sumptum, habet Suidas. Sed de his Vide præfationem nostram, in qua ex professo de Auctore & hoc ejus Opere agimus. Ceterum etiam fragmenta hæc nostro more vertimus, seu eorum versionem, quam fecerat Kuhnus, ita emendavimus, ut Latina Græcis accuratius responderent. Notulas etiam quasdam aspersimus, & Kuhnianis adjecimus, utrasque autem literis K. & P. distinximus.

A.

**A**σανίσος. ἐχρήσατο Αιλιανὸς  
ἐν τῷ περὶ προνοίας τῷ Ασα-  
νίσῳ ἀντὶ γέ, ἀνεύ οὐδόνης.

Αεληχρόν κατέτρεψεν οὖν τὸν βίον  
πρᾶσις καὶ σὺν γαλήνῃ καὶ αεληχρῷ θα-  
νάτῳ, οὗπερ οὖν ἐπαινεῖ καὶ ὁ Ομηρός  
δοκεῖ μοι.

Αέραις, & Δᾶς, & Υστερόφυγος,  
& Υφει. τὰ πρίτορα ἐπὶ κλίναις βε-  
βλημένα μάλα ἄεραις καὶ τρωματίς ψει-  
τινούπερηφάρω κεκοσμέναις ἐπιθέντες,  
ὑπὸ δασῶν ἐπακμαζόνταις τῷ πυρὶ,  
καὶ ὑμέναιος ἀδουσῶν γυναικῶν κο-  
μιδῶν μὲν χορείας γαυμῆς καὶ κε-  
τόνων.

Αγαμακ. ἐπεὶ καὶ τὴν γέ Μενέλεω πρὸς  
τὸν γέ Πριάμος Πάσιν οὔτε ἐπαιγὼ γέτε  
ἀγαμακ.

Αγεταῖ. τὴν γέ ἀδελφὴν αὐτῷ Ιό-  
νας οἱ Μαυρούσιοι ἀγεταῖ.

Αγγώ-

<sup>1</sup> Quæ in hac voce profert Suidas, eadem  
paupilio emendatius leguntur in Lexico MS.  
cujus Excerpta quædam edidit Vir omni laude  
major, Bernardus Montefalconius *Part. II.*  
*Bibl. Seguer.* pag. 469. ubi pro *εἰς τῷ* rectius  
legitur *εἰς τῷ τρίσῳ*, & *ἀσπασίας*, pro *ἀσπα-  
σίᾳ*. Quod adverbium eodem sensu adhi-  
buit Auctor lib. x. *de Nat. An. cap. 14.* ισ-  
τος γὰς ἵππος ἀγεταῖς εἰς τῷ ταῖς ἀκηνοῖς τῷ  
ἥλιος φαῖται καὶ *ἀσπασίας* βλέποντες.

<sup>2</sup> Lib. IX. *de Nat. Anim. cap. II.* τὸν (γά-  
ταρο) εἰς τῷ δύγματος τῷ ἀσπασίῳ πέζος εἶναι,  
καὶ, οἷα Ουρίζειται εἴσαι, αεληχρόν.

<sup>3</sup> *Odyss.* A. v. 234. scilicet. K.

<sup>4</sup> Sermo est, quantum conjicio, de mu-  
liere quadam ad stuprum raptâ à Tyranno.  
cum autem cives armis captis mulieris pudi-

**Æ**lianus inde *Providentia usus*  
est voce ἀεληχρῷ, pro si-  
ne dolore & cruciatu.

Finavit igitur vitam placide &  
tranquille & morte facilis, quam  
Homerus etiam laudare videtur.

Dimidias partes (*mulieris*) con-  
jectas in lectos admodum delicatos,  
quum stragulis magnifica quadam  
textura ornatis imposuissent,  
sub splendidibus igne faculis, &  
mulieribus hymenæum canentibus,  
cum nuptiali, & conviciante, seu  
fescennina, chorca ad sepulturam  
extulisse.

Quoniam & Menelai pugnam  
cum Paride Priami filio nec laudo  
nec admiror, *Gc.*

Sororem vero ejus Maurus ille  
Jubas dicit uxorem.

Mo-

citiam ulturi concurrerent, & cum satelliti-  
bus tyranii fortiter pugnarent, Tyrannus  
videns suos passim cædi, furore & amore  
amens virginem in duas partes dissecurit, quas  
deinde cives, Tyranno cæso, pompa nuptiali  
extulerunt ad sepulturam. K. Non  
putem, sed siquidem de femina hæc sunt ac-  
cipienda, retulerim tum fane potius ad illud  
fragmentum, quod sequitur in *Adwæ*, ubi duo  
amatores utviderunt, virginem quandam discer-  
pisse traduntur. Ejus itaque hæc sint *iulius*. P.

<sup>5</sup> Lego *ἰαΐδης*. quomodo MS. atque  
ipse Suidas in v. *Ἄεραις*, & *Υφει*. In v. *Δᾶς*  
Editiones exhibent *ἰαΐδης* pro *ἰαΐδης*,  
quod ibidem præfert MS.

<sup>6</sup> Portus vertit, *ipſi ducit habendam ux-  
rem*, i.e. ipſi tradit in matrimonium, ut eam  
ducatur

Αγνῶτας. Vide infra locum inte-  
grum in *Μίδωνα*.

Αγονία. τὸ διεφθέρετο ἡ νεολαία, καὶ ἦν  
ἀγονία, καὶ μέντοι καὶ γυναικῶν καὶ τὸ ἀ-  
γέλην τῆς τετράποδος.

Αγριός. ἀποτέλεσα τοὺς ἀγριωτάτους  
ἢ δορυφόρους, ἐξηρπασε τὴν γυναικά, καὶ  
πρὸς βίαιον ἔχοντα ποτησμένην καὶ θρηνοῦσαν.

Αδωρ. λαβόντες ἐκάτερος τὸ κό-  
ρυς τὴν ἄδαρον μοῖραν, τῷ ἑαυτῶν λέ-  
χει, τεργικός ἀνείσθω ποιητής, ἑα-  
τούς κατέσφαξαν.

Αδρόν. τινὰς ωφελασσόντας ἀδροῦ  
μιδοῦ ἐστι Βυζάντιον ἐλέθειν πε-  
δεῖ. καὶ αὐθίς. Εκάπον τὴν τέ-  
χνην ἐπιδεικνυμένου ἐπὶ μιδοῖς ἀ-  
δροῖς.

Αετιδεῖς, οἱ ἀετῶν παῖδες, Αιλιαρός.  
καὶ πελαργιδεῖς οἱ τῶν πελαργῶν.

Αθλητὰς. τοιγαροῦν οὐ μόνον  
ταῦτα ἔχειν αὐτοὺς παρεκενάζειν,  
ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας καὶ  
βελνυσίας ἀθλητὰς εἶναι. Τί γαρ  
τὸν δίχρων καὶ δευτέρων αὐτοῖς οὐ  
προσῖν; οὐ τι τῶν καλῶν καὶ  
σπουδαίων οὐκ ἀπήν;

Ακκιζόμενος. Vid. in *Κείτεως*, &  
*Τυρπᾶς*.

Ακμὴ

ducat uxorem. K. Male Portus, &  
contra ipsius Suidæ interpretationem. Neque  
P.

<sup>7</sup> Supplementum hujus fragmenti in *Noo-  
nia* vide. K. & *Ιπροποίεος*.

<sup>8</sup> Videtur *Ælianu*s loqui de puella inter-  
procorum manus diserpta. K.

<sup>9</sup> Hoc fragmentum *Ælianu* adscribit Sui-  
xlixi. pag. 411. & lib. li. pag. 454. & Sue-

Moriebatur *juventus*, & sterili-  
tas mulierum pariter & armeni  
quadrupedis erat.

Missis satellitum sævissimis quibus-  
que, rapuit mulierem, & per vim stu-  
pravit quiritanem plorantemque.

Uterque partem puellæ haudqua-  
quam sibi donatam capientes, suo  
se in thalamo, ut *Tragicus* aliquis  
diceret, interfecerunt.

Quosdam adsumens, ingenti sti-  
pendio Byzantium ut irent, inducit.  
Et iterum, (*simodo* *Ælianum* desig-  
nat τὸ αὐθίς. K.) Singulis, ingen-  
ti mercede proposita, artis speci-  
men exhibentibus.

Αετιδεῖς dicuntur pulli aquilarum,  
*Ælianu*s. & πελαργιδεῖς ciconia-  
rum pulli.

Non tantum efficit, ut illa habe-  
rent, verum etiā ut ceteram in-  
justitiam & impunitatem exerce-  
rent. Quid enim rerum turpium  
& flagitosarum illis non inerat?  
aut quid honesti bonique non de-  
cerat?

Ακμὴ

tonium *Caligula*, 26. atque ibi Torrentium.  
P.

<sup>7</sup> Vide. K. & *Ιπροποίεος*.

<sup>8</sup> Vide. K. & *Ιπροποίεος*.

<sup>9</sup> Hoc fragmentum *Ælianu* adscribit Sui-

xlixi. pag. 411. & lib. li. pag. 454. & Sue-

L 11113 in

Ακμὴ καλῆ, καρπὸς καλῆ. ἐπὶ οὐν τῆς ὁξύτητος Αἰλιανός Φυτιν. Εν ἀκμῇ δὲ ὡν τῆς τότε ὁδύνων, καὶ ὡν ἥλγει, οὐκ ἔχει τὴν ὁδὸν τὴν πορεύουσαν εἰς αὐτοῦ. εἰ δέ τινι καὶ θύσαι ἐξ ἐντοπίου ἐκελεύετο, καὶ τούτων ὅλιγωρας ἦν, Φύσει τε ἀμφὶς ὡν καὶ Φιλοχρήματος. Εν ἀκμῇ τοῦ κακοῦ μήμη τις εἰσῆλθε τὸ Σαμοθράκων, καὶ γὰρ οὖν τετελεσμένα αὐτοῖς ἦτον, &c. Καὶ αὖθις. Υπὸ πολλῶν δικρίων τὴν ἀκμὴν τῶν ὄμμάτων ἀφίρημαι, καὶ αὖθις Αἰλιανός. καὶ αὐτὸς τὸ ἤρατος ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἦν.

Ακόλατος. Αντε Αερᾶς Ευτελίδας τούνομα, ἀκολάτῳ τῇ γλώττῃ καὶ ἀκράτορι κακῶς πάντας ἀγορεύειν ἀρρώσημα ἔχει· ἐμίσει δὲ καὶ τοὺς εὖ πράτιστας.

Αλῆται. οἱ δὲ ὑπὸ Ρωμαίων ἐκτρέψαντες διεξάνθησαν, ἀλῆται δέντρο κακεῖσος τὸ ζῆν τελοῦντες.

Αλοῶ. <sup>2</sup> οἱ μέν τινες πυγμαῖς, οἱ δὲ κορύναις, οἱ δὲ λίθοις, οἱ δὲ, ὁ, τί ποτε παρέπιπτεν αὐτοῖς ὑποχείριον, ἀλοῶντες αὐτὸν, ἀπορράγησαν τὴν ψυχὴν ἴναγκασαν.

Αμαχος. ιχθύων δὲ ἀπηγέγκαντο πλῆθος ἀμαχού, &c.

Au-  
in Notit. Diff. de M. J. cap. 2. atque eadem verba ex Theopompi lib. XLIX. descripsit Athenaeus lib. VI. cap. 17. e. quo Noster, ut solet, hæc desumit atque in opus *περὶ στρατῶν*, vel *στρατοῦ ἵπατεων* contulit: perinde atque aliud Fragmentum, quod addito Aeliani nomine in v. *Επανάτης*, exstat apud

Ακμὴ, i. e. momentum temporis vel matura occasio vocat. Aelianus itaque voce illa utitur in significatione acuminis. Cum igitur dolor iste, & mala, quæ eum urebant, acutissima essent, viam, quæ ducebat ad suas, (ædes scilicet) ignorabat: sin alicui Deorum sacra facere somnio monebatur, nec illa curabat, à natura quippe homo imperitus, & avarus. In summis malis memoria animum subiit Samothracum, quibus ambo erant iniciati. Et iterum: largioribus lachrymis oculorum corrupi aciem. Et iterum Aelianus: & ipsum imperium in acie novaculae erat.

Arcas quidam, nomine Eutelidas, petulant & impotente lingua omnibus maledicendi morbo laborabat: oderat vero illos quoque, quibus res erant secundæ.

Illi vero quum à Romanis expulsi essent, dispersi sunt, vitam exigentes huc illuc oberrando.

Alii quidem pugnis, alii vero clavis, alii lapidibus, alii denique omni eo, quod in manus incidebat, percutientes cum, animam efflare coegerunt.

Abstulerunt autem copiam piscium maximam.

In

Polybium in *Excerpt. Vales.* pag. 21.

<sup>1</sup> Aliud hoc est fragmentum sive Aeliani, sive alterius, in quo in eandem significacionem adhibetur ἀκμή. P.

<sup>2</sup> Hoc fragmentum repetit Suidas in v. *γενεράτειον*.

<sup>3</sup> Vide

Αυφιοσητεῖν. ἡμιφιοσῆτον γὰρ, ἔτερος ἔτερος <sup>3</sup> προβαλλόμενοι.

Αναβολή. <sup>4</sup> Δοξίας δὲ καὶ Ζεὺς ὁ Πατὴρ ἀναβολὴν Θαράτου ἐψηφίσαντο Φαλάσιδι ἔτη δύο, ἀνθ' ὧν ἡμέρας Χαρίτων καὶ Μελανίππω προσενέθη.

Αναδένειν <sup>5</sup> εἴπερ οὖν τὰ Επικούρου βεβλία καταφλέξας, καὶ τῶν ἀδέων τε καὶ ἀσεῶν καὶ ἐπειδηλυμένων τιμάτων τὴν <sup>6</sup> σποδὸν ἀναδένοντας ὑγρῷ, καὶ ἐπιπλασάμεν <sup>7</sup> τὴν ηδὺν καὶ τὸ θώρακα πάγτα καταδηνοῦ ταρίχις.

Αναπολεῖ. <sup>7</sup> μόνον <sup>8</sup> ὁ Θαλάσσιος σκάρης τὴν τροφὴν ἀναπολεῖ, ὥσπερ καὶ τὰ βληχητὰ, ἀλλὰ μηρυκάτα.

Ανασῶσθαι. <sup>8</sup> οὗτι προσδοκῶν τὸ τόπον τούς προειρημένους δυνήσεισθαι αὐτοὺς ἀνασῶσαι καὶ κομίσασθαι. πόθεν; ἀλλ' οὐαὶ ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν κακία (leg. κακῶν. K.) Φθάνοντες, ἐν τῷ δευτέρῳ τε καὶ προφανεῖ κινδύνῳ <sup>9</sup> ισχάσι κολασθέντες.

Ave-

<sup>3</sup> Ανεά, quæ sequuntur apud Suidam etiam Aeliani sint, valde dubito. K.

<sup>4</sup> Vide lib. II. Hist. Var. cap. 4. vide & vocem Φάλασιδος. huc videtur pertinere aliud fragmentum de iisdem in voce Αρτίπος. K. Hoc Fragmentum existat apud Euseb. lib. V. de Prep. Euang. cap. 35. observante Cl. Kuster.

<sup>5</sup> Confer voces Καλαδίση, Στίγματα, Ταντά. Videtur malagma ab AEsculapio alicui agroto Epicureo prescriptum, his verbis denotari, in voce Καταδίσην, videor mihi videre aliquid, quod huic fragmento affine est. K.

<sup>6</sup> In ιωαδίση, quod hic nullum gignit sensum, videor mihi videre reliquias τοῦ οὐρανοῦ, confer vocem ιωαδημίλην. K. Ni-

In ambiguo erant, alii alios in medium proferentes.

Apollo autem & Jupiter Pater decreverunt Phalaridi dilationem mortis in biennium, eo quod mittit se Charitoni & Melanippo præbuisset.

Si igitur Epicuri libros comburen, cinerem impiarum & effeminatarum literarum humida cera miscuerit, ventremque cum totto pectore illum linteolis obligaverit.

Solus marinus scarus cibum ruminat, ut & balantum greges, qui utique ruminant ingesta.

Non quod speraret, illos posse prædictum locum recipere & occupare. Nequaquam, (lego enim πόθεν; similis locutio extat in Var. Histor. I. xiii. c. 2. K.) sed ut pro eo, quod ignaviā ante commiserant, altero eoque manifesto periculo reliquis cohortibus coæquati punirentur.

Omnium

γλαδίση. Verum ex MS. & hoc loco, ibidem reponendum αναδίση.

<sup>7</sup> Vide H. A. II. cap. 34. ubi non αναδίση legitur, sed αναπλέσαι μιδίαι. KUHN. Confer v. Σηρες.

<sup>8</sup> Sermo est de militibus, quibus ob priorem ignaviam in alia pugna datum in mandatis, ut novo fortique facinore maculam eluant. K. Sic ferme Metellus Macedonicus ad Contrebiam in Hispania. Vide Vellejum Paterc. II. 5. P.

<sup>9</sup> In ιωαδίση, quod hic nullum gignit sensum, videor mihi videre reliquias τοῦ οὐρανοῦ, confer vocem ιωαδημίλην. K. Ni-

Αγειάσατο. πάντα ὅσα ἔδρασεν ἀνηδέσατο, καὶ ἔτισε τῇ εἰατού κεφαλῇ. οὗτος Αιλιαῖος ἐν τῷ ἀβί Θείῳ Εναργειῶν.

Αινάδαι. οἱ δὲ, οὐδὲ γὰρ ἔχον ἀνήδαι τὸ πρόταγμα, ἐπ' Ἀντιγόνων τίθενται τὴν κρίσιν, ὑπὲρ τοῦ τίνα χρή. Λοκρικὴν πόλιν πέμπειν διορύν.

Αινέγκατο. Αιλιαῖος περὶ Κροῖσου. οἱ δὲ αινέγκατο ἄρα τενάξας, καὶ ἐς τρίς ἐκάλεσε τὸν Σόλωνα.

Αἴσιοι. οἱ δὲ τὰλλα ὡν ἀνόσιοι, τοῦτο γοῦν πείθεται τῷ Θεῷ.

Αἴσιοι. οἱ δὲ τοὺς θεοσύλας ἀπέκτενε καὶ ἔθηκεν ἀνόσους, τοῦτο δῆ τὸ Ουρηικόν.

Αἴσιοι<sup>3</sup> 3 Σαταυρῖνοι<sup>4</sup> ἐπίρρητοι<sup>5</sup> καὶ βεδελυρὸς τῷδε<sup>6</sup> Ουεσπασιανοῦ ἐστὶ τὴν βουλὴν ἐνεγράψη, Ουεσπασιανοῦ σοφισταμένου τοῦτο. Αξιώσει γὰρ αὐτὸν πειθαρέα, κακία δεῦς οἱ ἀκερδεῖ μὲν, σεμνὸν δὲ ὅμως τὸδε ἀθλον. Αιλιαῖος Φησιν ἀντὶ γε τημῆ.

Αἰσεία. ἐπεὶ δὲ ἀισεία ἦν, οἱ μὲν ἐπὶ τὸν Φόρον ὑπεθήγητο.

Αἰπαγτᾶν. ἀνεγάρωτο δὲ ὁ πολιορκῶν, καὶ ἐστὶ τοῦτο οἱ τὸ γε χειμῶνοι<sup>7</sup>, εἰ μὴ καθ' ὕδαιν ἀπαγτήσαντος τὸ τέλος ὥρμησατο.

Aipe-

hil eo opus, ut ex mea liquef versione. P.

<sup>1</sup> Gonatae opinor. P.

<sup>2</sup> Odys. Ω. 537. P.

<sup>3</sup> Sine dubio Aponius, Vide Tacitum in Historiis. Saturninus Antonius vix reperi-

Omnium, quae perpetravit, poenas suo capite luit. Ita Ἀelianus in lib. de Divina Providentia declarationibus.

Illi vero, neque enim imperium detrectare poterant, Antigoni arbitrio permittunt, quantum tributi civitas Locrensum pendere debeat.

Ἀelianus de Croeso. ille vero graviter ingemiscens alta voce exclamavit, Solonemque ter vocavit.

Ille vero, cætera quidem impius, in hoc tamen Deo paret.

Ille vero sacrilegos interfecit, redituque in Patriam privavit, ut Homerus ait.

Antonius Saturninus, infamis & impurus homo, à Vespasiano insenatus allectus est, id quod Vespasianus artibus ridiculis perfecit. Nam illum honore exornavit, malitia indulgens sterile hoc quidem, sed venerabile tamen præmium. Ἀelianus.

Ille vero, quia nox erat intemperata, ad cædem alacri animo se accingebat.

Obsidens autem in crucem actus est, & hoc finis hyemis alieno tempore intervenientis ipsi attulit.

Ro-

tur. P.

<sup>4</sup> Vide votum Aiponii circa finem, & Aiponius. P.

<sup>5</sup> Sustulit distinctionem, & junxi frequentibus, ut oportebat. P.

<sup>6</sup> Vide

Ἀπειθεῖν. οἱ γὰρ Ραμαῖοι, ἐνθα δὲ τοῖς ἔχθροῖς ἐνέτυχον, ἐνταῦθα διπονοὶ καὶ πηγαίζοντο, εἴτε εἰν ἀπειθεῖσι οἱ τόποι καὶ τραχεῖς, εἴτε καὶ εὐφυῖς δέξαδαι ὄπλιτας καὶ εὐήλατοι.

Ἀπειπόν. ὀλίγοι μὲν ἀπεῖπον περιθῆναι οἱ τὸν Θράμβον.

Ἀπίντα. Αιλιαῖος περὶ τῆς ἐν Κάναις τῶν Ραμαίων ἡπτῆς τοσοῦτον ἀρετὴν τοῖς ἀπίντησε τὸ πταῖσμα. Καὶ αὖθις. Μέγιστον δὲ πάθον τῇ Λακεδαιμονίῳ τοῦτο ἀπίντησε. Καὶ αὖθις. Οὐ μὴν ἀπίντησέν οἱ τὰ δὲ ἐλατίδον.

Ἀπώντα. οὐ μὴν ἀπώντατο οὐδεν, ἀλλ' εἰςέζεε ξῶν κακοῖς Θηρίοις, οἱ μὲν εὐλαῖς, οἱ δὲ, ὅτι οὐ ταύταις, το Φθειρόγεια μήν.

Αρίσταρχος Τεγεάτης, <sup>8</sup> οἱ τῶν τραχαδιῶν ποιητὴς νοσεῖ τίνα νόσον. ἔπει δὲ αὐτὸν ιάται Ασκληπιός, καὶ προστάσει χαετήσει τῆς ὑγείας. Οἱ δὲ ποιητὴς τὸ δράμα τὸ ὄμώνυμον οἱ νέμει. Θεοὶ δὲ ὑγείας μὲν οὐκ ἀν ποτε μιάδον αἰτίσαιεν, οὐδὲ ἀν λάθοιεν. Η πῶς ἀν; εἴγε τὰ μέγιστα ημῖν Φρεγί Φιλανθρώπῳ καὶ ἀγαθῇ παρέχουσι προΐκα, ηλιόν τε ὄρφνη, καὶ τοῦ θεοῦ γε τοσοῦτον τῆς παναρχοῦς ἀμιδὶ μεταλλάσσειν ἀκτίνος, καὶ χρῆσιν ὄδατος, καὶ πυρὸς συντέχους μυρίας ἐπιγονάς, καὶ ποικίλας ἄμα καὶ συνεργοῦς ἐπικουρίας,

καὶ

fرعا.

to non debuit extorquere n. N. L. K.

<sup>8</sup> Hoc fragmentum ex Ἀelianī opere Ἀγοραῖς depromisit Suidas: quod etiam a Cl. Küstero observatum fuit.

καὶ ἀέρῳ σπάν, καὶ ἔχει τροφὴν  
ζῶν τὸ εἶ αὐτοῦ πνεῦμα· ἐθέλουσι  
δὲ ἄρε τοῖς τοῖς μηροῖς, μῆτε ἀ-  
χαρίστους εἶναι, μῆτε ἀμνύμονες οἵμας,  
καὶ ἐν τούτοις ἀμείνονας ἀποφάνοντες.

Ασέλγεια. πολὺς δὲ καὶ ἀσέλγης  
τίκτεται ἐκεῖνοι, Φοινὶς Αἰλιανὸς  
ἐν τῷ ωδῇ Ποικίλης ἀφρυγόσεως·  
γένεσις δὲ αὐτῷ αὐλάρες Βαστεῖς καὶ  
Φάραγγες, διὰ ὧν ἀθούμενοὶ ἐκτίνει  
λαβρότατα.

Ασκληπιάδης. ὁ δὲ ἀθλίως νόσῳ,  
ωδειπνήμονίαν καλοῦσιν οἱ Ασκλη-  
πιάδαι παιδεῖς αὐτὸν, πιεζόμενοὶ,  
τὰ μὲν πρῶτα ἔδειτο τὸ ἀνθρώ-  
πῳ ιατρικῆς.

Αταλαίπωρον. εἴ τι τὸ προτέρε τὸ λό-  
γου ὑγίεις οὐ. ἀλλ' ἐκεῖνοὶ τε  
ἀνασανίσω γεγένη τε καὶ ἀτα-  
λαίπωρος τὸ ἀληφίας ἀκοῇ διεσπαρμένοι  
εἰς τὸ πλῆθος, ἀλαταὶ ἄλλως. ὁ δὲ  
μοὶ ἀληφίης οὐ.

Αταδαλία. ὁ δὲ Σερούλιος πολ-  
λὰ καὶ ἀταδαλαὶ ἐφρασύνετο κατὰ τὸ  
Παύλου.

Ατεγκτός. οὐκτόν γε μὴ καὶ δά-  
κρια ἐμβαλοῦσα, ὡς καὶ πάντας τοὺς  
ἀτέγκτους τε καὶ ἀτεργίμονες τέγχου.  
Γὰ μὲν πρῶτα θέρει καὶ πειρωντο  
αὐτὸν

<sup>1</sup> Leg. γε. P.  
<sup>2</sup> Polfrema hæc à Suida non tribuitur  
Ælianum, sed ex incerto Auctore proferuntur. At eadem in Voce hæc iterum ex Ælia-

fruamur: aquæ etiam usum nobis  
præbeant, itemque ignis cuius ope  
infinitæ commoditates vitæ nostræ  
accedant. Aërem præterea haurire  
nos sinant, ut spiritu ejus vitam  
nostram sustentemus. Dumigitur exi-  
guam ejusmodi gratiam a nobis refer-  
ri sibi jubent, id volunt, ne ingrati nec  
beneficiorum immemores simus,  
per hæc ipsa meliores nos reddentes.

Multus vero ibi vehemensque  
nascitur *Ventus*, ait Ælianus in  
lib. de Variâ Narratione: giguitur  
autem in profundis convallibus &  
cavernis, per quas propulsus fertur  
vehementissime.

Ille vero morbo, quem me-  
diorum filii vocant pulmo-  
nis inflammationem, miserrime  
cruciatus, primum quidem medi-  
cam opem ab hominibus petebat.

Si quid sani prior habuit histo-  
ria: at illa, inexplorata scriptio-  
ne & subito veritatis auditu in vul-  
gus dispersa, temerè circumfer-  
tur: hæc autem veritati affinis mihi  
videtur.

Servilius autem contra Paulum  
multa & iniqua facinora ausus  
est.

Commiserationem equidem &  
lachrymas injecit, ita ut etiam  
omnibus rigidis & duris lachrymas  
excuteret. Primo quidem sacerdo-  
tes

no habes. H, δὲ ἀτεγκτός οὐδὲ οὐ πάντας, καὶ ἀπο-  
λατος, καὶ οἱ ἀποτελεῖται πάντα, καὶ καθόντας ἐχόμενοι  
τὸ τρέπετον. Erat autem Puer ille immotus &  
minime suavis, atque imperabat ei gravissima,

αὐτὸν πραύνειν καὶ ἀντέχειν τὴν ὥρην·  
Βιάλος δὲ καὶ ἀτέγκτως οὐχικείμενον,  
τὸν μὲν ἀπερρήτων, καὶ ἡ μὴ ἴδειν  
λόγου οὐ, τούτων οὐκέτονον οἱ, τὸ  
δὲ πρώτων καὶ εἶ τὸ οὔτε τοῖς θε-  
σαριμένοις οὔτε τοῖς δεῖξας ἐμελλέ τι  
ἀπαντήσειν δεῖνον, παρεῖχόν οἱ βλέ-  
πειν ταῦτα.

Ατέλετός. Μυστηρίων τελουμένων τοῦ  
Θεοῦ, ἀτέλετός μὲν ἀνθρωπός, ἀνό-  
σιος δὲ, οὐκέτονος μυηθῆναι καὶ τὸς  
νόμους, ἀλλὰ δύναις τὸ δίκαιος πολυ-  
περγυμοσύνης, μυστικῶν νοσήματός,  
χάριν. Καὶ ἐπὶ τούς ἀνελθὼν λίθου  
ἔωρε τὰ γινόμενα· ἐκ γάρ τοι τὸ τὸ λίθος  
κατώλιθε, καὶ Βιάλα τὴν πληγὴν ωδή·  
πειών ἀπέθανε.

Ατεράμονες. Vide in Μέλιτος.

Ατιμάζω. ταῦτα τοι οἱ Διόσκου-  
ροι οὐκέτονοι οἱ Φανῆναι πάλιν.

Ατιμώρητος. οὐ μὴν ἀτιμώρητος ἐ-  
γένετο μενοι τοὺς παιδας τοὺς ἀλογ-  
θέντας. Εγεραλκής γάρ η νίκη γενο-  
μένη, τὸ πλησίον οὐ.

Ατρέπτως. ὑπὲρ τῶν μελλόντων  
ἀτρέπτως τε καὶ παναληθῶς προ-  
θεστίουσα.

Ατυφία. οἱ δὲ εἰργαίως ἐγαλμένοι  
ἄνθρωποι φόρον ἀγοντες τὴν ιερουργίαν  
πάντας ἀτυφότατα ἐκεῖνοι, Αἰλιανὸς  
Φοινὶς.

Αυτοχέδιον. Ρωμαῖοι δὲ οὔτε εὐ-  
πραγίαν ωδένειν, οὔτε νίκην τε-  
λεσθεῖν.

<sup>1</sup> cum ultimis periculis conjuncta. P.

<sup>2</sup> Editiones Suidæ non agnoscunt τὸ δίκαιον,  
& pro τοτέροις exhibent ἄρρενας. Hinc

tes conabantur placare ipsum & à  
proposito absterrere: sed cum vim  
spiraret, immotusque in sententia  
manceret, arcana quidem sacra, &  
quæ videre nefas erat, non ostend-  
dunt, sed prima initiorum, & ex  
quibus nec videntibus nec mon-  
strantibus mali aliiquid nasci pote-  
rat, ipsi dabant inspicienda.

Cum Mysteria Dearum celebra-  
rentur, homo non initiatus, sed  
impius, initiari ex lege nolebat,  
sed potius poenas dare curiositatis,  
morbi infelicissimi. Et lapidem quen-  
dam conscendens spectabat, quid  
gereretur: ex lapide igitur delap-  
fus, & vehementiori casu concidens  
periit.

Propterea Castor & Pollux non  
dignati sunt illi denuo apparere.

Non tamen evenit, ut verberati hi  
pueri manerent inulti. Victoria  
enim vicissim se inclinans in alte-  
ram partem, propinquorum erat.

De futuris recte pariter & per  
omnia vere yaticinata.

Illi vero pacis habitu induti,  
absque satellitibus venierunt sine  
ullo fastu, victimam adducentes,  
ait Ælianus.

Romani non amabant rem pro-  
spere gestam contra leges, nec vic-  
toriam,

forte legendum, ἀλλα λαζαθητερά τοι (sic  
MS.) πολυπεργυμοσύνης δυτυκῆς καίειν.

λεθῖσσαν, ἵνε ὁ ἄρχων μὴ ἐκούνησεν, ποπάζοντο, οὐ μὴ αὐτοχεδίαστοι εἰς τὰς πρᾶξεις οἱ ὑπίκοοι. Καὶ αὖθις. Υπὲρ μεγάλων ἱκεν καὶ ἀδυνάτων αὐτοχεδίασθναι.

Αὐτόχρημα. αὐτόχρημα πηδῶν ὑπὲρ τὰ εσκαμμένα, τὸν ναῦν Ασδρύνα Φεύγει ἐπειγομένην, τὰς χεῖρας ἐπιβαλὼν εἴχετο ἔφρωμένως ἢ πρύμνης ὁ <sup>2</sup> Κλάτιος.

Αργῆμα. ὁ δὲ ὄντας εἶδε τοὺς ὄφθαλμους ἐξορύτεοδα, καὶ ἡγιέστερος δέομενος τὴν πήρωσιν τῆς ὄψεως, λέγων, ἀφίξομαι ὑμῖν δύο ἡμέρων ὑπερον, <sup>(3)</sup> οὐδὲ ἐψύχουσατο) ἀνηρέθη γοῦν μὲν τοσάντας ἡμέρας.

Αφροδίσιον. ὁ δὲ διῆλθε τῷ λόγῳ Φιλοτίμωστε καὶ σὺν ἀφροδίτῃ σὺ μάλα θεῖτη.

## B.

Βαθύτατα. αἰθρίας γὰς οὔσης, ς παγκλίω ἡμέρᾳ, ἀφριὰ ς ἀδοκήτως νέφη συνδραμεῖν, οἷα δύπου βαθύτατα, ς καταρρήξου πάμπολυν ὑετόν.

Βδελυρός. <sup>4</sup> καὶ ἦγε πασῶν βδελυρωτέρα, καὶ τὸν παναγέτατον παρθενών τῶν ἑαυτῆς ἐνέπλησε κακῶν.

Bou-

<sup>1</sup> Ad hanc historiam spectant illa Valerii Maximi lib. III. cap. 2. 10. Qualis demum roboris illi milites? qui vebcmenti icta remorum concitatam fugae Punicam classem, nantes labrico pelagi, quasi camporum firmitate, pedites in littus retraxerunt.

